BIBLIOTHÈQUE
DU CHATEAU
DE MOUCHY-NOAILLES.

N° 3141 1847. T. 1.



2 y 14 bis. E. 1.

Suppl. 60,175/c

FRANK, O.

~~Orientat 250~~

2 vols. in 1
front. at end of vol. i

77586

CHRESTOMATHIA SANSKRITA,

QUAM

EX CODICIBUS MANUSCRIPTIS, ADHUC INEDITIS,

LONDINI EXSCRIPSIT,

ATQUE

IN USUM TIRONUM

VERSIONE, EXPOSITIONE, TABULIS GRAMMATICIS

etc.

ILLUSTRATAM EDIDIT

OTHMARUS FRANK

PHILOSOPHIAE PROFESSOR

MONACHII

TYPOGRAPHICE AC LITHOGRAPHICE

OPERA ET SUMTIBUS PROPRIIS

MDCCCXX.

WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

DHṚITARĀSHṬRAE SERMO

ex

MAHĀBHĀRATO

excerptus

cum

NĪLAKAṆṬHAE SCHOLIIS

et

expositione.

WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

PRAEFATIO

Quanquam alibi de operis hujus articulis loquuturus sim pluribus, et hic tamen eorum me quam necessariam oportet rationem reddere. Ac locorum quidem, quos ex codicibus Mss. sanskṛitis hic edo, nec ullus adhuc typis impressus est, nec versio vulgata. Quae enim ex Mahābhārato persica aut aliis orientis linguis innotuerunt, huc qui referat, puto neminem.

Dhṛitarāshṭrae autem sermone, qui Mahābhārati exordium, quod hic loco posui secundo, consequitur nullo versu intermedio, auctor ipse epitomen exhibet operis sui genuinam ac scribendi consilium indicat. Utrumque descripsi Londini ex praestantiori exemplari, quod in bibliotheca perillustris Societatis Indiae orientalis octo voluminibus in folio magnis adservatur, ubi favit clarissimus D. *C. Wilkinsius*, qui et alias me semper cum libris tum consiliis humanissime adjuvit. A me scriptum contuli cum exemplis melioribus, uno, societati regiae e G. Jonesii libris donato, in domicilio doctissimi *Lee*, altero clarissimi *H. T. Colebrookii*, qui et aditum mihi concessit quotidie liberum ad bibliothecam suam, quae aliquot millia Mss. sanskṛitorum optimorum, non casu congestorum sed delectu, continet, et ex his etiam plura, ut domi iisdem uti possem, commodavit. Utraque exempla et in Nīlakaṅṭhae scholiis, quae ślokae cuivis subjunxi, fere prorsus congruunt. Varietatem alicujus momenti quamvis suo loco notavi.

Verum majoris momenti videntur loci sequentes, generis paene ignoti, ex *Śaṅkarae Ātshārjae* et *Anandae* operibus desumti. Śaṅkara floruit *Śṛiṅgagiri* sub Karṇatikae coelo ardenti ante mille et

quod excurrit, annos, philosophus Hindorum acutissimus et inter Vaedarum interpretes princeps longe celeberrimus, quem et G. Jonesius jam laudavit ut „incomparable, very judicious and most learned“ (Asiat. Res. IV. 161. 164). Discipulus fuit *Govindanāthae*, qui *Gaudāpāda* doctore usus fuerat. Quoniam et ideam et cultum Śivae commendasset, factum est, ut ipse ceu Dei hujus metamorphosis praedicaretur, e. c. in libro, cui titulus: *Śaṅkara prādurbhāva*, i. e. Śaṅkarae (Śivae) manifestatio. Quum vero etiam Vishṇi cultores, qui, hodie in India meridionali frequentiores, ad Bauddhas ac Dshainas magis accedunt, in ipso perhibeant Vishṇum adparuisse, quin et nunc idem aetatibus valde diversis vixisse putetur; asgumento est, unde ejusdem et studium omnes Vaedarum cultores conjungendi probatur, et maxima, qua gaudebat, aestimatio. Ipse, qui et Sannjasarum ordinem fundavit, omnibus, qui Vaedas rejiciunt, non Bauddhis solum et Dshainis sed etiam Nastikis (qui non quidem Deum negant at Dei existentiam) et Tshārvākis vehementer adversatus est. Adhuc juvenis fuisse videtur, quum sub *Amarū* nomine ślokarum centuriam, *Amarūśatakam*, scriberet. Auctor fuit etiam, hymni in laudem uxoris Sivae; porro ślokarum sexaginta octo, quibus titulus *Ātmabodha*, spiritus scientia, etc.

Opus vero ejusdem maximum ac per omnem Indiam longe celeberrimum est commentarium, *Bhāshjum*, in quo principales inprimis ac difficillimas interpretatur Vaedarum partes, et singula propemodum earundem verba explicat. Hoc opere non intellecto vix unquam vere intelligi posse videtur literarum indicarum pars major ac praestantior, philosophia Hindorum, ac universa eorum in mythis et artis monumentis sapientia. Quare et in India hoc Bhāshjum suos nactum

est commentarios plurimos. E primariis autem Vaedarum partibus eam Upanishadem consilio elegi, quae sub Vṛihadāraṅjaki nomine Jadshurvaedae adnumerata et in ipso laudatur Mani Dharmaśāstro. Nam neque Upanishadum extat ulla, quae cum Śaṅkarae bhāshjo tot interpretes acceperit, neque ullius ita collectos inveni interpretes, ut in claris. *Colebrookii* bibliotheca eos, qui ad *Vṛihadāraṅjakum* spectant. Quare ut primum me necessariis praeparaveram subsidiis, accessi ad opus hoc, ut quod ad totius literaturae indicae fundamentum et summam pertinere intelligerem. Ad hoc enim me potissimum vocatum sensi, hujus studii certum prosequuturus finem ac quae in re tam copiosa ac abundanti, nisi tum a me fierent, diutissime putarem infecta manere, ea quidem primo facturus. Ac codice Mss. usus sum meliori, qui olim *G Ionesii*, hodie in bibliotheca societatis regiae Londini adservatur. (V. Catal. Nro. 30.) Quod descripsi, cura magna contuli cum alio c., quem clariss. Colebrookius mihi commodavit. At licet hic literis bengalicis, daevanāgaricis ille seriori tempore exaratus sit, ambo tamen in paucis differe vidi. Exempli nāgarici scriptor in fine addit: *Jādṛiśam pustakaṇ dṛishtvā tādṛiśaṇ likhitam majā, jadi śuddham aśuddham vā mama dosho na dījatae*, i. e. Qualem librum vidi, talem scripsi, si pure (bene est); sin impure, mihi culpa non condonatur. In Śaṅkarae vero commentariis Anandae *tīkam* (expositionem) praetuli, quia et interpres reliquis praestantior videbatur, et exemplum ejusdem, licet Londini unicum, notae tamen inveni melioris. His sane et illis, quae in primo chrestomathiae articulo ex *Nīlakaṇṭha* adtuli, et ex *Kullūkabhaṭṭae* interpretatione, quae *Mani* extat, meliori, in altera proferam, methodi specimina praebentur, qua in diversis aetatibus ac generibus literarum indicarum indici usi sunt interpretes. Hos

vero domesticos ad opera Hindorum praecipua intelligenda necessarios existimo, ac, quoniam ab iisdem cum linguae maxime excultae tum critices ac interpretationis etiam leges suo modo perspiciuntur ac observantur, quin singularibus docentur libris, nec ad nostrum sine illis morem exigenda opera puto et literas indicas.

Ex Śaṅkarae autem et Anandae locis hic editis jam aliquo modo perspiciendum, philosophiam indicam haud esse eam, quae hoc nomine apud nos partim laudari solet partim refelli. Illa autem ut tandem vere, non ex meris vulgi notionibus aut vitiosis concipiatur fontibus, summopere exoptandum. In ea sane, quemadmodum a Śaṅkara ex ipsis vaedis profertur, lucem et sensum habent omnis Hindorum mythos et religio, quae quidem per universum literarum, morum ac monumentorum indicorum quin et aliorum orbem latissime patent. Neque enim tam foecunda mythorum universitas nisi tam sublimis ac vera Hindorum philosophia fuisset, neque hujus ea contemplandi altitudo et evidentia, nisi et hanc fertilem mythorum regionem ampliter excoluissent, aut producere aut tam diu conservare potuisset tantam et tam longe lateque diffusam literaturam, sapientiam antiquam ac religionem. Quoties vero hac in re difficili hallucinari quis debeat, qui verbi, quod non unius est significationis, maxime vulgarem semper praeferat, alibi pluribus monstrabo exemplis. At optime novi in auctoribus meis varia nimis brevia, alia non satis connexa aut obscura, quin quaedam sibi, ut videtur, opposita; in versione quoque mea, ut ut perfectam eam reddere studuerim, aliqua non satis propria, concisa ac certa. Subinde studio plures congessi significationes, adnotationibus meis in fine operis earundem sensum amplius explicaturus. Caeterum comparationes quasvis, ut hoc loco incongruas, omisi. In

omni enim genere sive etymologico et grammatico sive mythologico ac philosophico nisi ideis certis ducibus integri formarum junctarum orbes comparentur, et in similibus monstretur, quae dissimilia sint et particularia, magna quidem rerum omnium nascetur mixtio ac unitas confusa, unde, quod lubet, finxeris; idea autem formarum singularium vera ac distincta exsurget omnino nulla.

Verum ut hoc opus sacrae Hindorum scripturae et linguae ipso usu facilius addiscendis serviret, non omittendum existimavi, quod quidem in Chrestomathia sanskrita locum habere possit. Quare tabulam praemisi, in qua indicis literarum signis subjeci cognita, solum, ubi discrimen notandum, virgulis aut punctis distincta. De ordine, vi et congruentia eorundem alio loco dicturus hic paucis defungar. Omnes fere germanice sunt pronuntiandae. अ, quae in medio et fine vocum non scribitur, omni consonanti, quae virgulam in fine non habet adpensam, ut inhaerens ac cognata legitur. In vocalibus *ṛi* et *ḷri* spiritus liberius est emittendus, quam in *r* et *l* fieri solet; *ṇ* vero per nasum efferendum; *sh* ut nunc germanicum *sch*; *v* ut *w*; *ś* magis palato; *s* dentibus; *h* fere gutture ut spiratio fortis; omnes in linea *t́* usque *ń* literae, lingua palati partem, gutturi proximam, premente; quare *d́* et *dh́* fere ut *r*; reliquae vero *n*, ut earum quamvis quisque etiam non monitus ante lineae suae literas ex naturali oris habitu pronuntiat, itaque aliter *aṅg* aliter *aǹtsh*; loco *c* posui *k*. etc.

Tabulae subjeci viginti paginis legendi exercitium, versibus nāgaricis scripturam cognitam adjungens. Haud raro tamen in hac metri caussa retinui nexum vocalium, quas, ut sensum magis distinguerem, in sequentibus separavi. Quare advertendum: vocales aequales plures breves aut longas ut longam, e. c. ut *ā* scribi *a* et *a*, vel *a*

et *ā*, vel *ā* et *ā*; diversas vero, e. c., *a* et *i* ut *ae*, *a* et *ae* ut *ai*, *a* et *u* ut *o*, *a* et *o* ut *au*, *a* et *ṛi* ut *ar* etc.

Caeterum orthöepiae tabula, quam ex clarissimi Wilkinsii grammatica desumsi, ita constructa est, ut, si vocalem in linea perpendiculari sinistima quamcunque cum aliqua in linea suprema transversa conjungas, synthesin utrarumque habeas in angulo, qui ex litera utraque ductus est, e. c. उ in linea perpend. si cum इ in transversa, वि in earundem angulo.

Ex iis, quae pro grammatica praeparavi, subjunxi tabulam, in qua literarum cognatio itaque prima linguae elementa exhibentur, quae ex Pāṅini sūtris alio loco tradam. Ex eadem literarum conversiones in etymis ac grammatices formis concipiendae. Eam intuenti cuivis facile patet, literarum positiones respondere aliquo modo ordini, quo loquelae organa sunt disposita; e. c. In अ spiritu, qui e pectore procedit, simplicissimo, omnis formae capaci processum fieri in guttur; इ in palati loco positum, in labiorum vero उ, itaque a क gutturis usque ad म labiorum directionem exprimi, qua omnes sonorum modi ac rationes comprehenduntur etc.

In margine paginarum ab 1 usque 21 literarum compositarum formas in simplices resolvi.

Locos vero sequentes ex praemissis solum reddidi per signa nunc cognita, absque sriptura nāgarica, in quam quippe quivis illa facile convertere poterit. Hanc enim conversionem maxime necessariam inprimis facilem certamque, ut absque ambiguitate fieri possit, efficere studui.

Quo declinationum et conjugationum consensus et diversitas uno intuitu concipiantur, quoque, quale in iisdem systema et

quae sint similitudines cum aliis, quivis peritus facile dijudicando par sit, tabulis duabus earundum subjunxi complexum. Exemplis pluribus componendis spatium deerat, regulae vero paucae sufficiunt. Personae conjug., quas hic per 3. 2. 1. notare malui, in grammaticis sanskritis ordine inverso nuncupantur *prathama, madhjama, uttama.*

Superest, ut dicam, cur, quae ante tres annos conspectu et specimine lithographice impresso promisi, tam sero et forma haud prorsus reddam eadem. Ac quum in opere sine typis indicis edendo nec subscriptionibus adjuvarer, nam his literis communio publica adhuc est nulla, nec bibliopola pacto staret, ego vero et aliis subsidiis essem destitutus, reliquum erat unicum, ut, quantum possem, proprios impenderem sumtus et operam, ne, quae impensis regiis ac difficultatibus tantis a me superatis comparata fuerant, prorsus supprimerentur, ipseque in studiis indicis persequendis desponderem animum. Itaque et rei amore ductus et vocatus ad hoc nihil non faciendi consilium coepi, ut ea in usum communem converterem, ad quae per Regis augustissimi munificentiam comparanda ante septem annos Parisios et Londinum missus fueram, ubi, ut mandatum, scientiam non solum sed et libros sanskritos optimos comparandi implerem, omnem lapidem movi, itaque effici, ut bibliotheca regia acciperet libros, qui in nulla certe Germaniae alia congesti invenirentur. — At qui latine scriberet, lithographus non erat nisi aut pretio nimio, aut ineptus, aut non semper idem. Typographiam ergo cum lithographia ita jungere statui, ut charta typis latinis juste impressa transferretur in lapidem, et in hoc impresso literae indicae a me scriberentur. Ad hunc finem ipse comparavi machinas, typos latinos, lapides, typographum etc., ac utramque imprimendi rationem discendo et adhibendo effeci, ut opus hoc integrum nunc, quale est, quinquaginta novem lapidibus sit im-

pressum. In novo autem hoc imprimendi genere dici non potest, quae difficultates semper novae mihi occurrerint, ac quantum temporis et operae in iisdem superandis non quidem sine taedio, at, quum nimis jam processeram, debuerim consumere. Hoc autem inde didici, illam imprimendi rationem, si sumtus, *meis* paulo majores, et quis his solum rebus addictus adhiberentur, magnopere posse perfici, eoque modo fontes, quos bibliotheca regia possidet, usui communi aperiri. Ego vero hoc modo fui coactus, ut et speciminis ante 3 annos emissi formam et aliquatenus materiam mutarem, et editio operis, licet jam ante 18 menses magnam partem impressum fuerit, tam longo tempore protraheretur, itaque exhaurirentur sumtus, ut, quod paraveram, ceu partem operis primam edere statuerem, reliqua cum notis dissertatione, glossario etc. parti secundae reservans, quam, si primae superi faveant, promptius editurus sum.

Imago Solis indica in fronte operis posita simulacrum est statuae, quae in curia perillustris Societatis Indiae orientalis adservatur, et de qua agam in opere de mythis et monumentis indicis. Plurima in hoc genere maxima cura Londini collegisse, atque animadversionibus illustrasse D. *F. V. Ekenstam* magni ingenii virum Suecum, amicum mihi carissimum et quam maxime colendum, hic praeterire non possum.

Scribebam Monachii XVI. Calend. Septembris MDCCCXX.

DHṚITARĀSHṬRAE

SERMO.

जयत्सुपाण्डुपुत्रेषुश्रुत्वासुमहदप्रियं ।
Dshajatsu Pāṅḍuputtraeshu śrutvā sumahadaprijaṇ
दुर्योधनमतंज्ञात्वाकर्णस्यशकुनेस्तथा ॥ १ ॥
Durjodhanamataṇ dshṅātvā Karṅasja Śakunaes tathā, 1.
धृतराष्ट्रश्चिरंध्यात्वासंजयम्वाक्यमब्रवीत ।
Dhṛitarāshṭraś tshiraṇ dhjātvā Saṇdshajam vākjam abravīt.
शृणुसंजयसर्वम्मेनचासूयितुमर्हसि ॥ २ ॥
Śṛiṇu, Saṇdshaja! sarvam, mae na tshā śūjitum arhasi. 2.
श्रुतवानसिमेधावीबुद्धिमान्प्राज्ञसंमतः ।
Śrutavān asi, maedhāvī, buddhimān, prādshṅasaṇmataḥ-,

Literarum compositarum analysis.

त्सु=त्+स्+उ. ण्डु=ण्+ड्+उ. त्रे=त्+त्+र्+ए. श्रु=श्+र्+उ.
त्व=त्+व. र्यो=र्+य्+ओ. ज्ञ=ज्+ञ. र्ण=र्+ण. स्य=
स्+य. स्त=स्+त. ष्ट्र=ष्+ट्+र. श्च=श्+च. ध्य=ध्+
य. म्व=म्+व. क्य=क्+य. ब्र=ब्+र. शृ=श्+ऋ.
म्म=म्+म. द्ध=द्+ध. न्प्र=न्+प्+र.

नाविग्रहे

नविग्रहेममभतिर्नचाप्रीयेकुलक्षये ॥३॥

Na vigrahae mama matir na tshāprījae kulakshajae. 3.

नमेविशेषःपुत्रेषुस्वेषुपाण्डुसुतेषुवा ।

Na mae visaeshah- puttraeshu svaeshu Pāńdusutaeshu vā.

वृद्धम्मामभ्यसूयन्तिपुत्रामन्युपरायणाः ॥४॥

Vṛiddham mām abhjasūjanti puttrā manjuparājańāh-. 4.

अहंत्वचक्षुःकार्पण्यात्पुत्रप्रीत्यासहामितत् ।

Ahaṇ tvatshakshuh- kārpańjāt puttraprītjā sahāmi tat,

मुह्यंतंचानुमुह्यामिदुर्योधनमचेतनम् ॥५॥

Muhjantaṇ tshānumuhjāmi Durjodhanam atshaetanam. 5.

राजसूयेश्रियंदृष्ट्वापाण्डवस्यमहौजसः ।

Rādshasūjae śrijaṇ dṛishtvā Pāńdavasja mahaudshasah-.

तत्रावहसनम्प्राप्यसभारोहणदर्शने ॥६॥

Tatsh tshāvahasanam prāpja sabhārohańadarśanae, 6.

अमर्षणःस्वयंजेतुमशक्तःपाण्डवान्रणे ।

Amarshańah-, svajaṇ dshaetum aśaktah- Pāńdavān rańae,

निरुत्साहश्चसम्प्राप्तुंसुश्रियंक्षत्रियोऽपिसन् ॥७॥

Nirutsāhaś tsha samprāptuṇ suśrijaṇ kshatrijo 'pi san. 7.

Literarum compositarum analysis.

ग्र=ग्+र. प्र=प्+र. क्ष=क्+ष. त्रे=त्+त्+र्+ए. स्वे=स्+व्+ए. ण्ड=ण्+ड. द्ध=द्+ध. भ्य=भ्+य. न्त=न्+त. न्यु=न्+य्+उ. त्व=त्+व. ण्य=ण्+य. त्पु=त्+प्+उ. त्या=त्+य्+आ. ह्य=ह्+य. र्यो=र्+य्+ओ. श्रि=श्+र्+इ. ष्ट्व=ष्+ट्+व. स्य=स्+य. ञ्च=च्+च. म्प्र=म्+प्र. स्व=स्+व. त्र=न्+र. त्स=त्+स. श्च=श्+च. पु=प्+त्+उ. त्रि=त्+र्+इ.

गान्धार

गान्धारराजसहितश्छद्मद्यूतममन्त्रयत ।

Gāndhārarādshasahitas' tshhadmadjūtam amantrajat.

तत्रयद्यद्यथाज्ञातंमयासंजयतच्छृणु ॥ ८ ॥

Tatra jad jad jathā dshǹātan majā, Saṇdshaja! tatsh tshhṛinu. 8.

श्रुत्वातुममवाक्यानिबुद्धियुक्तानितत्वतः

Śrutvā tu mama vākjāni buddhijuktāni tatvataḥ-,

ततोज्ञास्यसिमांसौतेप्रज्ञाचक्षुषमित्युत ॥ ९ ॥

Tato dshǹāsjasi māṇ, Sautae! pradshǹātshakshusham itjuta. 9.

यदाश्रौषंधनुरायम्यचित्रम्बिद्धंलक्ष्यम्पातितम्वै

Jadāśraushaṇ dhanur ājamja tshitram viddhaṇ lakshjam, pātitam vai

पृथिव्याम् ।

prithivjām,

कृष्णांहृताम्प्रेक्षतांसर्वराज्ञांतदानाशंसेविजयाय

Kṛishǹāṇ hṛitām praekshatāṇ sarvarādshǹāṇ; tadā nāśaṇsae vidshajāja,

संजय ॥ १० ॥

Saṇdshaja! 10.

यदाश्रौषंद्वारकायांसुभद्रांप्रसह्योढाम्माधवीम

Jadāśraushaṇ dvārakājāṇ Subhadrām prasahjodhām Mādhavīm

अर्जुनेन ।

Ardshunaena,

Literarum compositarum analysis.

न्ध=न+ध. श्छ=श+छ. द्म=द+म. द्य=द+य. न्त्र=न+
त+र. त्र=त+र. म्म=म+म. च्छृ=च+छ+ऋ. क्य=क+य. द्धि
=द+ध. क्त=क+त. स्य=स+य. त्य=त+य. म्य=म+य. म्ब=म+ब.
क्ष्य=क्ष+य. म्प=म+प. व्य=व+य. ष्णा=ष+णा. म्प्र=म+प+र. द्व
=द+व. ह्य=ह+य.

इन्द्रप्रस्थम्वृषिावीरौचयातौतदा॰ ॥११॥

Indraprastham Vṛishńivīrau tsha jātau; tadā nāsaṇsae *(et reliq. ut supra)*. 11.

यदाश्रौषंदेवंराज्ञम्प्रवृष्टंशरैर्दिव्यैर्वारितं

Jadāśraushaṇ daevarādsham pravṛishṭan, śarair divjair vāritaṇ

चार्जुनेन ।

tsha Ardshunaena

अग्निंतदातर्पितं खांडवेचतदा॰ ॥१२॥

Agniṇ tadā tarpitaṇ khāṇḍavae tsha; tadā *(ut supra)*. 12.

यदाश्रौषंजातुषाद्वेश्मनस्तान्मुक्तान्पार्थान्पंच

Jadāśraushaṇ dshātushād vaeśmanas tān muktān pārthān paṇtsha

कुंत्यासमेतान्।

Kuṇtjā samaetān,

युक्तंचैषांविदुरंस्वार्थसिद्धौतदा॰ ॥१३॥

Juktaṇ tshaishāṇ Viduraṇ svārthasiddhau; tadā *(ut supra)*. 13.

यदाश्रौषंद्रौपदींरंगमध्येलक्ष्यम्भित्वानिर्जितां

Jadāśraushaṇ Draupadīṇ raṇgamadhjae lakshjam bhitvā nirdshitām

अर्जुनेन ।

Ardshunaena,

Literarum compositarum analysis.

न्द्र=न्+द्+र. स्थ=स्+थ. म्व्=म्+व्+ऋ. षा=ष्+ा.
श्र=श्+र. म्प्र=म्+प्+र. ष्ट=प्+ट. र्ट=र्+ट. व्य=व्+य.
र्जु=र्+ज्+उ. ग्न=ग्+न. द्ध=द्+व. श्म=श्+म. स्त=स्
+त. न्मु=न्+म्+उ. क्त=क्+त. न्प=न्+प. त्य=त्+य.
स्व=स्+व. द्ध=द्+ध. ट्र=ट्+र. ध्य=ध्+य. क्ष्य=
क्ष्+य. म्म=म्+म. त्व=त्+व.

शूरान्

शूरान्पांचालान्पांडवेयांश्चयुक्तांस्तदा॰ ॥ १४ ॥

Śūrān Pāṇṭshālān Pāṇḍavaejāṇs tsha juktāṇs, tadā (*etc.*). 14.

यदाश्रौषम्मागधानांवरिष्ठंजरासंधंक्षेत्रमध्ये

Jadāśrausham Māgadhānāṇ varishṭhan Dsharāsaṇdhaṇ kshaetramadhjae

ज्वलन्तं।

dshvalantaṇ

दोर्भ्यांहतम्भीमसेनेनगत्वातदा॰॥ १५ ॥

Dorbhjāṇ hatam Bhīmasaenaena gatvā; tadā (*etc.*). 15.

यदाश्रौषंदिग्जयेपांडुपुत्रैर्वशीकृतांभूमिपालांप्रसह्य।

Jadāśraushaṇ digdshajae Pāṇḍuputtrair vaśīkritāṇ bhūmipālāṇ prasahja,

महाक्रतुंराजसूयंकृतंच तदा॰ ॥ १६ ॥

Mahākratuṇ rādshasūjaṇ kritaṇ tsha; tadā (*etc.*). 16.

यदाश्रौषंद्रौपदीमश्रुकंठींसभांनीतांदुःखिताम्

Jadāśraushaṇ Draupadīm aśrukaṇṭhīṇ sabhāṇ nītāṇ, duh-khitām,

एकवस्त्रां।

ekavastrāṇ,

रजस्वलांनाथवतीमनाथवत्तदा॰ ॥ १७ ॥

Radshasvalāṇ, nāthavatīm anāthavat; tadā (*etc.*). 17.

यदाश्रौषम्वाससांतत्रराशिंसमाक्षिपत्कितवोमन्दबुद्धिः।

Jadāśrausham vāsasāṇ tatra rāśiṇ samākshipat kitavo, mandabuddhih,

Literarum compositarum analysis.

श्च=श्+च. क्त=क्+त. स्त=स्+त. ष्ठ=ष्+ठ. त्र=त्+र. ध्य=ध्+य. ज्व=ज्+व. भ्य=भ्+य. म्म=म्+म. त्व=त्+व. ग्ज=ग्+ज. त्त=त्+त्+र. क्र=क्+र. स्त्र=स्+त्+र. स्व=स्+व. म्व=म्+व. त्क=त्+क. न्द=न्+द. द्ध=द्+ध.

दुःशासनो

दुःशासनोगतवान्नैवचान्तंतदा॥१८॥

Duḥ-śāsano gatavān naiva tshāntaṇ; tadā (*etc.*). 18.

यदाश्रौषंहृतराज्यंयुधिष्ठिरम्पराजितंसौबलेन

Jadāśraushaṇ hṛitarādshjaṇ Judhishṭhiram parādshitaṇ Saubalaena

अक्षवत्यां।

akshavatjāṇ

अन्वागतम्भ्रातृभिरप्रमेयैस्तदा॥१९॥

Anvāgatam bhrāṭṛibhir apramaejais; tadā (*etc.*). 19.

यदाश्रौषम्विविधास्तत्रचेष्टाधर्मात्मनांप्रस्थितानां

Jadāśrausham vividhās tatra tshaeshṭā dharmātmanāṇ prasthitānāṇ

वनाय।

vanāja.

ज्येष्ठप्रीत्याक्लिश्यतांपांडवानांतदा॥२०॥

Dshjaeshṭhaprīṭjā kliśjatāṇ Pāṇḍavānāṇ; tadā (*etc.*). 20.

यदाश्रौषंस्नातकानांसहस्रैरन्वागतंधर्मराजम्वनस्थम।

Jadāśraushaṇ snātakānāṇ sahasrair anvāgataṇ dharmarādsham vanastham,

भिक्षाभुजांब्राह्मणानांमहात्मनांतदा॥२१॥

Bhikshābhudshāṇ brāhmaṇānāṇ mahātmanāṇ tadā (*etc.*). 21.

Literarum compositarum analysis.

न्न=न्+न. न्त=न्+त. ज्य=ज्+य. ष्ठ=ष्+ठ. म्प=म्+प. त्य=त्+य. न्व=न्+व. म्र=म्+भ्+र. स्त=स्+त. म्व=म्+व. त्र=त्+र. ष्ट=ष्+ट. त्म=त्+म. स्थ=स्+थ. क्ल=क्+ल. श्य=श्+य. स्न=स्+न. स्त्र=स्+र. ह्म=ह्+म.

यदा

यदाश्रौषमर्जुनंदेवदेवंकिरातरूपंत्र्यम्बकं

Jadāśrausham Ardshunaṇ Daevadaevaṇ kirātarūpaṇ, trjambakaṇ;

तोष्यंयुद्धे।

toshjaṇ juddhae,

अवाप्तवन्तम्पाशुपतम्महास्त्रंतदा॥२२॥

Avāptavantam Pāśupatam mahāstraṇ; tadā (*etc.*). 22.

यदाश्रौषंत्रिदिवस्थंधनंजयंशक्रात्साक्षाद्दिव्यम

Jadāśraushaṇ tridivasthaṇ Dhanaṇdshajaṇ Śakrāt sākshād divjam

अस्त्रंयथावत्।

astraṇ jathāvat

अधीयानंशंसितंसत्यसंधंतदा॥२३॥

Adhījānaṇ, śaṇsitaṇ, satjasaṇdhaṇ; tadā (*etc.*). 23.

यदाश्रौषंकालकेयास्ततस्तेपौलोमानोवरदानाच्चदृप्ताः।

Jadāśraushaṇ Kālakaejās tatas tae Paulomāno varadānātsh tsha driptāh-,

देवैरजेयानिर्जिताश्चार्जुनेन तदा॥२४॥

Daevair adshaejā nirdshitās tsha Ardshunaenā; tadā (*etc.*). 24.

यदाश्रौषमसुराणांवधार्थेकिरीटिनंयांतममित्रकर्शनं।

Jadāśrausham Asurāṇāṇ vadhārthae Kirīṭinaṇ jāṇtam amitrakarśanaṇ,

कृतार्थंचाप्यागतंशक्रलोकात्तदा॥२५॥

Kṛitārthaṇ tshāpjāgataṇ śakralokāt; tadā (*etc.*). 25.

Literarum compositarum analysis.

रू=र्+ऊ. त्र्य=त+र्+य. म्ब=म्+ब. ष्य=ष्+य. द्ध=द्+ध. प्र=प्+र. न्त=न्+त. म्प=म्+प. म्म=म्+म. स्त्र=स्+त्+र. त्र=त्+र. स्थ=स्+थ. त्स=त्+स. द्द=द्+द. व्य=व्+य. त्य=त्+य. स्त=स्+त. च्च=च्+च. श्च=श्+च. प्य=प्+य. त्त=त्+त.

यदाश्रौषम्वैश्रवणेनसार्द्धंसमागतम्भीममन्यांश्च

Jadāśrausham Vaiśravaṅaena sārddhaṇ samāgatam Bhīmam anjāṇś tsha

पार्थान।

pārthān

तस्मिन्देशेमानुषाणामगम्येतदा॰ ॥२६॥

Tasmin daeśae mānushāṅām agamjae; tadā (*etc.*). 26.

यदाश्रौषंघोषयात्रागतानांबंधंगांधर्वैर्मोक्षणंच

Jadāśraushaṇ goshajātrāgatānāṇ baṇdhaṇ Gāṇdharvair mokshaṅaṇ tsha

अर्जुनेन।

Ardshunaena

स्वेषांसुतानांकर्णबुद्धौरतानांतदा॰ ॥२७॥

Svaeshāṇ sutānāṇ karṅabuddhau ratānāṇ; tadā (*etc.*). 27.

यदाश्रौषंयक्षरूपेणधर्मंसमागतंधर्मराजेन

Jadāśraushaṇ jaksharūpaeṅa Dharmaṇ samāgataṇ dharmarādshaena

सूतम।

sūtam,

प्रश्नान्कांश्चिद्विब्रुवाणंचसम्यक्तदा॰ ॥२८॥

Praśnān kāṇśtshid vibruvāṅāṇ tsha samjak; tadā (*etc.*). 28.

यदाश्रौषंनाविदुर्मामकास्तान्प्रच्छन्नरूपान्वसतः

Jadāśraushaṇ na vidur māmakās tān pratshhannarūpān vasatah-

पांडवेयान।

Pāṇḍavaejān

Literarum compositarum analysis.

श्व=श्+व. द्ध=द्+ध. म्म=म्+म. श्च=श्+च. स्म=स्+म. त्व=त्+व. श्र=श्+र. न्क=न्+क. द्ध=द्+ध. क्त=क्+त. स्त=स्+त न्व=न्+व.

विराटराष्ट्रेसहकृष्णायातांस्तदा॰ ॥२९॥

Virāṭarāshṭrae sahakṛishṇajā tāṇs; tadā (*etc.*). 29.

यदाश्रौषम्मामकानांम्वरिष्ठान्धनंजयेनैकरथेन

Jadāśrausham māmakānām varishṭhān Dhanaṇdshajaenaikarathaena

भग्नान्।

bhagnān

विराटराष्ट्रेवसतामहात्मनातदा॰ ॥३०॥

Virāṭarāshṭrae vasatā mahātmanā; tadā (*etc.*). 30.

यदाश्रौषंसत्कृतान्मत्स्यराज्ञासुतांदत्तामुत्तरामर्जुनाय।

Jadāśraushaṇ satkṛitām matsjarādshṇā sutāṇ dattām Uttarām Ardshunāja

तांचार्जुनःप्रत्यगृह्णात्सुतार्थेतदा॰ ॥३१॥

Tāṇ tsha Ardshunah- pratjagṛihṇāt sutārthae; tadā (*etc.*). 31.

यदाश्रौषंनिर्जितस्याधनस्यप्रब्राजितस्य स्वजनात

Jadāśraushaṇ nirdshitasja, adhanasja, prabrādshitasja svadshanāt,

प्रच्युतस्य।

pratshjutasja

अक्षौहिण्यःसप्तयुधिष्ठिरस्यतदा॰ ॥३२॥

Akshauhiṇjah- sapta Judhishṭhirasja; tadā (*etc.*). 32.

यदाश्रौषम्माधवम्वासुदेवंसर्वात्मनापांडवार्थेनिविष्टं।

Jadāśrausham Mādhavam Vāsudaevaṇ sarvātmanā pāṇḍavārthae nivishṭaṇ,

यस्येमांगाम्विक्रमम्मेकमाहुस्तदा॰ ॥३३॥

Jasjaemāṇ Gām vikramam aekam āhus; tadā (*etc.*). 33,

Literarum compositarum analysis.

ष्ट्र=ष्+ट्+र. ष्ण=ष्+ण. ष्ठ=ष्+ठ. ग्न=ग्+न. त्क्=त्+क्+
ऋ. त्स्य=त्+स्+य. त्त=त्+त. ह्ण=ह्+ण. च्य=च्+य.

यदाश्रौषंनरनारायणौतौकृष्णार्जुनौवदतोनारदस्य।
Jadāśraushaṇ naranārājaṅau tau Kṛishṅārdshunau vadato Nāradasja,
अहंदृष्ट्वाब्रह्मलोकेचसम्यक्तदा॥३४॥
Ahaṇ dṛishṭvā brahmalokae tsha samjak; tadā (*etc.*). 34.
यदाश्रौषंलोकहितायकृष्णंधर्मार्थिनमुपयातंकुरूणां।
Jadāśraushaṇ lokahitāja Kṛishṅaṇ dharmārthinam upajātaṇ Kurūṅāṇ,
शमंकुर्वाणमकृतार्थंचयातंतदा॥३५॥
Śamaṇ kurvāṅam, akṛitārthaṇ tsha jātaṇ; tadā (*etc.*). 35.
यदाश्रौषंकर्णदुर्योधनाभ्याम्बुद्धिंकृतांनिग्रहेकेशवस्य।
Jadāśraushaṇ Karṅadurjodhanābhjām buddhiṇ kṛitāṇ nigrahae Kaeśavasja,
तंचात्मानम्बहुधादर्शयानंतदा॥३६॥
Tan tsha ātmānam bahudhā darśajānaṇ; tadā (*etc.*). 36.
यदाश्रौषम्वासुदेवेप्रयातेरथस्यैकामग्रतस्तिष्ठमानां।
Jadāśrausham Vāsudaevae prajātae rathasjaikām agratas tishṭhamānāṃ
अर्त्तांपृथांसांत्वितांकेशवेनतदा॥३७॥
Arttāṃ Pṛithāṇ sāṇṭvitāṇ Kaeśavaena; tadā (*etc.*). 37.
यदाश्रौषम्मंत्रिणम्वासुदेवंतथाभीष्मंशान्तनवंच
Jadāśrausham maṇṭriṅam Vāsudaevaṇ tathā Bhīshmaṇ Śāṇtanavaṇ tsha
तेषां।
taeshāṃ
भारद्वाजंचाशिषोनुब्रुवाणंतदा॥३८॥
Bhāradvādshaṇ tsha āśisho nubruvāṅaṇ; tadā (*etc.*). 38.

Literarum compositarum analysis.

षा=ष+ण. ष्ट्व=ष+ट+व. ह्म=ह+म. भ्य=भ+य. म्ब=म+ब. त्त=त+त. त्र=त+र. ष्म=ष+म.

यदाकर्णोभीष्मउवाचवाक्यंनाहंयोत्स्येयुध्यमाने

Jadā Karṅo Bhīshmam uvātsha vākjaṇ: na ahaṇ jotsjae judhjamānae

त्वयीति।

tvaji iti,

हित्वासेनामपचक्रामचापितदा॰ ॥३९॥

Hitvā saenām apatshakrāma tsha api; tadā(*etc,*). 39.

यदाश्रौषम्वासुदेवार्जुनौतौतथाध्वनुर्गांडिवम्

Jadāśrausham Vāsudaevārdshunau tau, tathā dhanur Gāṇḍivam

अप्रमेयम्।

apramaejam,

त्रीण्युग्रवीर्याणिसमागतानितदा॰॥४०॥

Trīṅjugravīrjāṅi samāgatāni; tadā(*etc.*). 40.

यदाश्रौषंकश्मलेनाभियतेरथोपस्थेसीदमानेर्जुनेवै।

Jadāśraushaṇ kaśmalaena abhijatae rathopasthae sīdamānaerdshunae vai

कृष्णांलोकान्दर्शयानंशरीरेतदा॰॥४१॥

Kṛishṅaṇ lokān darśajānaṇ śarīrae; tadā(*etc.*). 41.

यदाश्रौषम्भीष्ममभित्रकर्शनंनिघ्नंतमाजावयुतं

Jadāśrausham Bhīshmam amitrakarśanaṇ nighnaṇtam ādshāv ajutaṇ

रथानां।

rathānāṇ,

नैषांकश्चिद्वध्यतेख्यातरूपस्तदा॰॥४२॥

Naishāṇ kaśtshid vadhjatae khjātarūpas; tadā(*etc.*). 42.

Literarum compositarum analysis.

ष्म=ष्+म. त्स्य=त्+स्+य. ध्य=ध्+य. ण्य=ण्+
य. श्म=श्+म. घ्न=घ्+न. ख्य=ख्+य.

यदाश्रौषंचापगेयेनसंख्येस्वयम्मृत्युम्विहितं

Jadāśraushaṇ tsha Apagaejaena sankhjae svajam mṛitjum vihitaṇ

धार्मिकेण।

dhārmikaeṇa,

तच्चाकार्षुःपांडवेयाःप्रहृष्टास्तदा॥४३॥

Tatsh tsha akārshuh- Pāṇḍavaejāh- prahṛishṭās, tadā (*etc.*). 43.

यदाश्रौषम्भीष्ममत्यंतशूरंहतम्पार्थेनाहवेषु

Jadāśrausham Bhīshmam atjantaśūraṇ hatam Pārthaena āhavaeshv,

अप्रधृष्यं।

apradhṛishjaṇ

शिखंडिनम्पुरतःस्थापयित्वातदा॥४४॥

Śikhaṇḍinam puratah- sthāpajitvā; tadā (*etc.*). 44.

यदाश्रौषंशरतल्पेशयानम्वृद्धम्वीरंसादितंचित्रपुंखैः।

Jadāśraushaṇ śaratalpae śajānam vṛiddham vīraṇ, sāditaṇ tshitrapuṇkhaih-

भीष्मंकृत्वासोमकानल्पशेषांस्तदा॥४५॥

Bhīshmaṇ kritvā Somakān alpaśaeshāns; tadā (*etc.*). 45.

यदाश्रौषंशांतनवेशयानेपानीयार्थेनोदितेनार्जुनेन।

Jadāśraushaṇ Śāṇtanavae śajānae, pānījārthae, noditaena Ardshunaena

भूमिम्भित्वातर्पितंतत्रभीष्मंतदा॥४६॥

Bhūmim bhitvā tarpitaṇ tatra Bhīshmaṇ; tadā (*etc.*) 46.

यदावायुश्चंद्रसूर्यौचयुक्तौकौंतेयानामनुलोमाजयाय

Jadā Vājuś Tshaṇdrasūrjau tsha juktau Kauṇtaejānām anulomādshajāja,

Literarum compositarum analysis.

ख्य=ख+य. स्व=स+व. म्व=म+व. च्च=च+च. ष्म=ष+म. ष्व=ष+व. ष्य=प+य. स्थ=स+थ. ल्प=ल+प.

नित्यंचास्मान्श्वापदाभीषयन्तितदा॥४७॥

Nitjaṇ tsha asmān śvāpadā bhīshajanti; tadā (*etc.*). 47.

यदाद्रोणोविविधानस्त्रमार्गांसंदर्शयन्समरेचित्रयोधी॥

Jadā Droṇo vividhān astramārgāṇ saṇdarśajan samarae, tshitrajodhī,

नपाण्डवान्श्रेष्ठतरान्निहन्तितदा॥४८॥

Na Pāṇḍavān śraeshṭhatarān nihanti, tadā (*etc.*). 48.

यदाश्रौषंचास्मदीयान्महारथान्व्यवस्थितानर्जुनस्य

Jadāśraushaṇ tsha asmadījān mahārathān vjavasthitān Ardshunasja

अंतकाया

aṇtakāja

संसप्तकान्निहतानर्जुनेनतदा॥४९॥

Saṇsaptakān nihatān Ardshunaena; tadā (*etc.*). 49.

यदाश्रौषम्व्यूहमभेद्यमन्यैर्भारद्वाजेनात्रशस्त्रेन

Jadāśraushaṃ vjūham abhaedjan anjair, Bhāradvādshaena atra śastraena

गुप्तमा

guptam

भित्वासौभद्रम्वीरमेकम्प्रविष्टंतदा॥५०॥

Bhitvā, Saubhadram vīram aekam pravishṭaṇ, tadā (*etc.*). 50.

यदाभिमन्युम्परिवार्यबालंसर्वेहत्वाहृष्टरूपाबभूवुः।

Jadā Abhimanjum parivārja bālaṇ sarvae hatvā hṛishṭarūpā babhūvuḥ-

महारथाःपार्थमशक्नुवन्तस्तदा॥५१॥

Mahārathāḥ-, Pārtham aśaknuvantas; tadā (*etc.*). 51.

Literarum compositarum analysis.

न्श्व=न्+श्+व. न्श्र=न्+श्+र. न्व्य=न्+व्+य. न्न=न्+न. म्व्य=म्+व्+य. ट्य=ट्+य. क्न=क्+न.

यदाश्रौषमभिमन्युंनिहत्यहर्षान्मूढांक्रोशतो
Jadāśrausham Abhimanjuṇ nihatja harshān, mūdhān krośato
धार्त्तराष्ट्रान्।
Dhārttarāshṭrān,
क्रोधादुक्तंसैंधवेचार्जुनेनतदा०॥५२॥
Krodhād uktaṇ Saiṇdhavae tsha Ardshunaena, tadā (*etc.*). 52.
यदाश्रौषंसैंधवार्थेप्रतिज्ञाम्प्रतिज्ञातांतद्वधाय
Jadāśraushaṇ saiṇdhavārthae pratidshñām pratidshñātāṇ tadvadhāja
अर्जुनेन।
Ardshunaena,
शप्तांतीर्णांशत्रुमध्येचतेनतदा०॥५३॥
Śaptāṇ tīrṇāṇ śatrumadhjae tsha taena; tadā (*etc.*). 53.
यदाश्रौषंश्रांतहयेधनंजयेमुक्त्वाहयान्पाययित्वोपवृत्तान्।
Jadāśraushaṇ śraṇtahajae Dhanaṇdshajae muktvā hajān, pājajitvo pavṛittān,
पुनर्युक्त्वावासुदेवम्प्रयातंतदा०॥५४॥
Punar juktvā Vāsudaevam prajātaṇ, tadā (*etc.*). 54.
यदाश्रौषम्वाहनेष्वक्षमेषुरथोपस्थेतिष्ठतागांडिवेन।
Jadāśrausham vāhanaeshv akshamaeshu rathopasthae tishṭhatā Gāṇdivaena
सर्वान्योधान्वारितानर्जुनेनतदा०॥५५॥
Sarvān jodhān vāritān Ardshunaena; tadā (*etc.*). 55.
यदाश्रौषंनागबलैःसुदुःसहंद्रोणानीकंयुयुधानंप्रमथ्य।
Jadāśraushaṇ nāgabalaih- suduh-śahaṇ droṇānīkaṇ jujudhānaṇ pramathja

Literarum compositarum analysis.

ष्ट्र=ष्+ट्+र. क्त=क्+त. ध्य=ध्+य. क्व=क्+त्+व.
ष्व=ष्+व. थ्य=थ्+य.

यातम्वार्ष्णेयंयत्रतौकृष्णपार्थौतदा०॥५६॥

Jātam Vārshńaejan̦ jatra tau Kṛishńapārthau; tadā (*etc.*). 56.

यदाश्रौषंकर्णमासाद्यमुक्तम्बधाद्भीमंकुत्सयित्वा
वचोभिः।

Jadāsraushan̦ Karńam āsādja muktam badhād Bhīman̦ kutsajitvā
vatshobhih-,

धनुःकोट्यातुद्यकर्णेनवीरंतदा०॥५७॥

Dhanuh-kodjā ātudja Karńaena vīran̦; tadā (*etc.*). 57.

यदाद्रोणःकृतवर्माकृपश्चकर्णोद्रौणिर्भद्रराजश्
चशूरः।

Jadā Drońah-, Kṛitavarmā Kṛipaś tsha, Karńo drauńir Bhadrarādshaś
tsha śūrah-

अमर्षयन्सैंधवम्वध्यमानंतदा०॥५८॥

Amarshajan Saiṇdhavam vadhjamānan̦; tadā (*etc.*). 58.

यदाश्रौषंदेवराजेनदत्तांदिव्यांशक्तिम्व्यंसितामाधवेन।

Jadāśraushan̦ daevarādshaena dattān̦ divjān̦ śaktim vjan̦sitām Mādhavaena

घटोत्कचेराक्षसेघोररूपेतदा०॥५९॥

Ghatotkatshae rākshasae ghorarūpae; tadā (*etc.*). 59.

यदाश्रौषंकर्णघटोत्कचाभ्यांयुद्धेमुक्तांसूतपुत्रेण
शक्तिं।

Jadāśraushan̦ Karńaghatotkatshābhjān̦ juddhae muktān̦ Sūtaputraeńa
śaktin̦,

Literarum compositarum analysis.

द्य = द् + य. द्भ = द् + भ. म्व्य = म + व + य.

यया

यदावध्यःसमरेसव्यसाचीतदा॰॥६०॥

Jajā vadhjah- samarae Savjasātshī; tadā (*etc.*). 60.

यदाश्रौषंद्रोणमाचार्यमेकंधृष्टद्युम्नेनाभ्यतिक्रम्य

Jadāśraushaṇ Droṅam ātshārjam aekan Dhṛishṭadjumnaena abhjatikramja

धर्मं।

dharmaṇ

रथोपस्थेप्रायगतम्विशस्तंतदा॰॥६१॥

Rathopasthae prājagatam, viśastaṇ; tadā (*etc.*). 61.

यदाश्रौषंद्रौणिनाद्वैरथस्थम्माद्रीसुतंनकुलंलोकमध्ये।

Jadāśraushaṇ Drauṇinā dvairathastham, mādrīsutaṇ Nakulaṇ lokamadhjae

समंयुद्धेमंडलशश्चरन्तंतदा॰॥६२॥

Samaṇ juddhae maṇḍalaśaś tsharantaṇ; tadā (*etc.*) 62.

यदाद्रोणिनिहतेद्रोणपुत्त्रोनारायणंदिव्यमस्त्रम्विकुर्वन्।

Jadā Droṅae nihatae Droṅaputtro Nārājaṅaṇ divjam astram vikurvan,

नैषामन्तंगतवान्पाण्डवानांतदा॰॥६३॥

Naishām antaṇ gatavān Pāṇḍavānāṇ; tadā (*etc.*). 63.

यदाश्रौषम्भीमसेनेनपीतंरक्तम्भ्रातुर्युधिदुःशासनस्य।

Jadāśrausham Bhīmasaenaena pītaṇ raktam bhrātur judhi Duh-śāsanasja,

निवारितंनान्यतमेनभीमंतदा॰॥६४॥

Nivāritaṇ na anjatamaena Bhīmaṇ; tadā (*etc.*). 64.

यदाश्रौषंकर्णमत्यंतशूरंहतम्पार्थेनाहवेषु

Jadāśraushaṇ Karṇam atjantaśūraṇ hatam Pārthaena āhavaeshv

अप्रधृष्यं

apradhṛishjan

Literarum compositarum analysis.

ध्य=ध्+य. न्न=म्+न. स्थ=स्+थ. ष्ठ=ष्+व.

तस्मिन

तस्मिन्भ्रातॄणाम्विग्रहेदेवगुह्येतदा॰॥ ६५॥

Tasmin bhrātṛīṇām vigrahae daevaguhjae; tadā (*etc.*). 65.

यदाश्रौषंद्रोणपुत्रंचशूरंदुःशासनंकृतवर्माणमुग्रं।

Jadāśraushaṇ Droṇaputtraṇ tsha, śūraṇ Duḥśāsanaṇ, Kṛitavarmāṇam ugraṇ

युधिष्ठिरंधर्मराजंजयन्तंतदा॰॥ ६६॥

Judhishṭhiraṇ dharmarādshaṇ dshajantaṇ; tadā (*etc.*). 66.

यदाश्रौषंनिहतम्भद्रराजंरणेशूरंधर्मराजेनसूत।

Jadāśraushaṇ nihatam Bhadrarādshaṇ raṇae śūraṇ Dharmarādshaena, Sūta!

सदासङ्ग्रामेस्पर्द्धतेयस्तु कृष्णांतदा॰॥ ६७॥

Sadā saṅgrāmae sparddhatae jas tu Kṛishnaṇ; tadā (*etc.*). 67.

यदाश्रौषंकलहद्यूतमूलम्मायाबलंसौबलम्पांडवेन।

Jadāśraushaṇ kalahadjūtamūlam, māyābalaṇ Saubalam pāṇḍavaena

हतंसङ्ग्रामेसहदेवेनपापंतदा॰॥ ६८॥

Hataṇ saṅgrāmae Sahadaevaena, pāpaṇ; tadā (*etc.*). 68.

यदाश्रौषंश्रांतमेकंशयानंह्रदंगत्वास्तम्भयित्वा

Jadāśraushaṇ śrāṇtam, aekaṇ, śajānaṇ hradaṇ gatvā stambhajitvā

तदम्भः।

tadambhah-

दुर्योधनम्विरथम्भग्नशक्तिंतदा॥ ६९॥

Durjodhanam viratham, bhagnaśaktiṇ; tadā (*etc.*). 69.

यदाश्रौषम्पांडवांस्तिष्ठमानान्गत्वाह्रदम्वासुदेवेन

Jadāśrausham Pāṇḍavāṇs tishṭhamānān gatvā hradam Vāsudaevaena

सार्द्धं।

sārddhaṇ

Literarum compositarum analysis.

स्प=ह्+प. ङ्ग=ङ्+ग+र. द्य=द्+य. ग्न=ग्+न. न्ग=न्+ग.

अमर्षणंधर्षयन्तःसुतंमेतदा। ॥७०॥

Amarshaṅaṇ dharshajantah- sutaṇ mae; tadā (*etc.*). 70.

यदाश्रौषम्विविधांश्चित्रमार्गान्गदायुद्धेमंडलशश्चरंतं।

Jadāśrausham vividhāṇṡ tshitramārgān gadājuddhae maṇḍalaśaś tsharātaṇ,

मिथ्याहतम्वासुदेवस्यबुद्ध्यातदा। ॥७१॥

Mithjā hatam Vāsudaevasja buddhjā; tadā (*etc.*). 71.

यदाश्रौषंद्रोणपुत्त्रादिभिस्तैर्हतान्पांचालान्द्रौपदेयांश्च

Jadāśraushaṇ droṅaputtrādibhis tair hatān Pāṇtshālān Draupadaejāṇṡ tsha

सुप्रान्।

suprān,

कृतम्बीभत्समयशस्यंचकर्मतदा। ॥७२॥

Kṛitam bībhatsam ajaśasjaṇ tsha karmaṇ! tadā (*etc.*). 72.

यदाश्रौषम्भीमसेनानुयातेनाश्वत्थाम्नापरमास्त्रम्प्रयुक्तं।

Jadāśrausham bhīmasaenānujataena Aśvatthāmnā paramāstram prajuktaṇ

क्रुद्धेनैषीकमवधीज्जैनगर्भंतदा। ॥७३॥

Kruddhaena, Aishīkam avadhīd jaena garbhaṇ; tadā (*etc.*). 73.

यदाश्रौषम्ब्रह्मशिरोऽर्जुनेनस्वस्तीत्युक्त्वास्त्रमस्त्रेण

Jadāśrausham Brahmaśiro 'rdshunaena, svasti, iti uktvā, astram astraeṅa

शांतं।

śāṇtaṇ,

अश्वत्थाम्नामणिरत्नंचदत्तंतदा। ॥७४॥

Aśvatthamnā maṅiratnaṇ tsha dattaṇ; tadā (*etc.*). 74.

Literarum compositarum analysis.

ध्य=ध्+य. द्ध=द्+ध. त्त=त्+त्. त्र=त्+र. त्य=त्+य.
म्न=म्+न. ह्म=ह्+म. क्ष=क्+ष. त्व=त्+व. न्त=न्+त.

यदा

यदाश्रौषंद्रोणपुत्त्रेणगर्भेवैराज्यावैपात्यमाने
Jadāśraushaṇ droṅaputtraeṅa garbhae vairādjā vai pātjamānae
महास्त्रैः।
mahāstraih-,
द्वैपायनःकेशवोद्रोणपुत्त्रम्परस्परेणाभिशापैः
Dvaipājanah-, Kaeśavo droṅaputtram parasparaeṅa abhi śāpaih-
शशाप॥७५॥
śaśāpa. 75.
शोच्यागांधारीपुत्त्रपौत्त्रैर्विहीनातथाबंधुभिःपितृभिर्
Śotshjā Gāṇdhārī puttrapauttrair vihīnā, tathā baṇdhubhih-, pitribhir
भ्रातृभिश्च।
bhrātribhiś tsha!
कृतंकार्य्यंदुष्करम्पांडवेयैः प्राप्तं राज्यमसपत्नम्
Kṛitaṇ kārjaṇ dushkaram Pāṇḍavaejaih-! Prāptaṇ rādshjam asapatnam
पुनस्तैः॥७६॥
punas taih-! 76.
कष्टंयुद्धेदशशेषाःश्रुतामेत्रयोऽस्माकंपांडवानां
Kashṭaṇ! Juddhae daśaśaeshah- śrutā mae, trajo smākaṇ Pāṇḍavānāṇ
चसप्त।
tsha sapta!
द्व्युनाविंशतिराहृताक्षौहिणीनांतस्मिन्संग्रामेभैरवे
Dvjunāviṇśatir āhatā akshauhiṇīnāṇ tasmin saṇgramae bhairavae
क्षत्रियाणां॥७७॥
kshatrijāṇaṇ! 77.

Literarum compositarum analysis.

च्य=च+य. ष्क=ष+क. द्व्यु=द्+व+य+उ.

तमस्त्वतीवविस्तीर्णम्मोहआविशतीवमां ।

Tamas tvatīva vistīrńam, moha āvisati iva māṇ

संज्ञांनोपलभेसुतमनोविह्वलतीवमे ॥७८॥

Saṇdshṅāṇ nopalabhae, Suta! mano vihvalati iva mae! 78.

सौतिरुवाच ॥

Sautir uvātsha:

इत्युक्त्वाधृतराष्ट्रोथविलप्यबहुदुःखितः ।

Itj uktvā Dhṛitarāshtro 'tha vilapja vahuduh-khitah-,

मूर्छितःपुनराश्वस्तःसंजयम्वाक्यमब्रवीत ॥७९॥

Mūrtshhitah-, punar āśvastah- Saṇdshajam vākjam abravīt; 79.

संजयैवंगतेप्राणांस्त्यक्तुमिच्छामिमाचिरं ।

Saṇdshaja! Aevaṇ gatae prāńāns tjaktum itshhāmi, mā tshiraṇ!

स्तोकंह्यपिनपश्यामिफलंजीवितधारणे ॥८०॥

Stokaṇ hjapi na pasjāmi phalaṇ dshīvitadhārańae! 80.

Literarum compositarum analysis.

स्त्व=स+त+व. ह्व=ह्+व. क्त्व=क्+त+व. क्य=क्+य. स्त्य=स+त+य. ह्य=ह्+य. श्य=श+य.

SERMONIS PRAEMISSI EXPOSITIO CUM SCHOLIIS NĪLAKAṆṬHAE.

Śloka 1.

जयत्सु *vincentibus*, in casu 7. hic absoluto, masc. plur. partic. praes. verbi activi, e radice जि conj. 1, *vincere* etc. इ rad. secundum regulam conj. mutatur in ए, quod ante vocalem fit अय, et affixa partic. praes. terminatione अत facit जयत. Idem particip. efficitur, si pro अन्ति terminatione pers. 3 plur. praes. act. substituimus अत.

पाण्डुपुत्रेषु *Pāṇḍu filiis*, vocabulum ex ea compositorum classe, in qua nomen subst. sub titulo tatpurusha fingitur e duobus vel pluribus aliis, quae praeter ultimum omnia in forma fere rudi casus cujusvis locum tenere possunt exceptis nomin. et vocativo. पाण्डु in eadem hic est pro casu 6. vel 5. *Pāṇḍu* fuit Indiae rex, qui cum *Dhṛitarāshtra* originem duxerat a *Kuru* rege Quum *Pāṇḍu* loco *Dhṛitarāshtrae* fratris, qui natu quidem major sed oculis captus erat, aliquamdiu in India septentrionali regnasset, post multas et sapientia et fortitudine subactas regiones deposuit imperium, atque in solitudinem secessit, ut sapientum conversatione uteretur. Ibidem a *Kuntī* et *Mādrī* uxoribus accepit *Judhishṭhiram*, *Bhimasaenam*, *Ardshunam*, *Nakulam* et *Sahadaevam* filios

quinque, ex quinque diis conceptos. Qui, cum, sapientum institutionibus exculti, post patris mortem in patrui aulam cum *Kunti* matre venissent, virtutum rerumque gestarum gloria excelluerunt, et in lusibus et in bellis cum regibus vicinis victoriosi. Nominis illius radix est पाऽ conj. 1 et 10. *movere*, *cumulare*; cui, dum flectitur, ex nasi literis apta inserenda est more verborum plurium, quibus in radicum catalogis इ subjungitur. Eo fit पाण्ऽ, et, अ affixo, पाण्ऽ *eunuchus*; vel, si radicis vocalis अ prolongatur, पाण्ऽ *subflavus*, *albicans* etc. Hic autem voci subjectum est ऽ, quod ad nomina diversa formanda adhibetur. *Pāńdum*, ut mythos fert, mater ejus, horrore pallida conceperat. पुत्रेषु *filiis*, in casu 7, quocum, quippe substantivo suo, congruit जयत्सु. पुत्र in *Mani* legibus et al. derivatur a *put* infernus et *tra* salvans, liberans. त्र formatur e radice त्रै conj. 1 liberare, redimere, fovere, cui, si diphthongo rejecta affigitur अ, ut solet, agentis significatio tribuitur. Ejusmodi vero nomina raro occurrunt nisi in compositis, e. c. द्विप *qui bis bibit*, i. e. elephas etc. a द्वि bis et पा bibere. In पुत्र est *put* in forma rudi casus 5 loco vel ablativi. Cf. declinat. tab.

श्रुत्वा *audito* vel *postquam audiverat*, praeteriti indef. participium indecl. rad. श्रु conj. 1 *audire*, *intelligere* etc. affixo त्वा V. conj. tab.

सुमल्दप्रियं *malignissimum* in casu 2 vel accus. neutr. sing. adjectivi compositi. सु adverb. *admodum*, *bene* etc. a rad. षु conj. 1 *excellere*, *producere*, *movere* etc. महत् *magnum*, *crescens* etc. e rad. मह् conj. 1 *crescere* et c. 10 *magnificare* etc., cui affixum est अत् terminatio partic. praes. अप्रियं *malignum*, *odiosum*, *malignitas* etc. e privativo अ et rad. प्री conj. 9 et 10 *placere*, *satisfacere* etc. घ affixo et ई mutato cum इ efficitur प्रिय placitum, amatum, favor etc. Adjectiva composita, quae a grammaticis hindicis forma v a h u v r ī h i notantur, fiunt compositione vel substantivorum plurium vel adjectivorum, prae-

posit., negat. etc., quorum fere nullum, praeter nomen in fine, flectitur. Hoc vero cum nomine subst. aut pronomine, etiamsi ipsum non exprimatur, ut genere, numero et casu conveniat necesse est. At notandum, in compositione pro महत ex regula substitui महा, e. c. महात्मा magnanimus, महेश्वर magnus dominus i. e. *Śiva*, महाबल qui magnae potentiae est Ante vocem autem, quae aliquid fieri vel transformari indicat, महत retinetur; e. c. महद्भूतः magnus factus. त ante literam mollem abit in द. V. reg. orthoep. दुर्योधनमतं *Durjodhanae mentem*, cas. 2. neutr. sing. substantivi compositi pro norma tatpurushae, de qua v. pag. 21. दुर्योधन i. e. *male pugnans*, nom. proprium, compositum instar सुमहत pag. 22. दुर् *male, duriter* etc., fere prorsus contrarium vocis सु significat. V. s. Radix ejusdem est दुष conj. 4. malum, impurum esse, perdere etc., quo fit दोष malum, vitium. Ex orthoepiae regulis radicis ष mutari potest cum ः visarga; e. c. दुःस्थ i. e. male stans, pauper; visarga vero ante sonantem cum र, ut दुर्गत i. e. aegre vadens, pauper. Cf. orth. योधन *pugnans, pugna*, rad. युध conj. 4. pugnare. अन, quod et agentis nomen saepius et actionis format, affixum radicis vocalem una convertit, hic उ in ओ. मतं mens, animus, consilium etc. regitur a श्रुत्वा, et derivatur a r. मन् c. 4. et 8. nosse, intelligere, c. 10. inhibere, arcere etc. Partic. praet. त affixo, न rejicitur. Participium hoc pro substantivo gen. neut. frequenter ponitur, e. c. दत्तं donum; alias ut adj. m. दत्तः f. दत्ता n. दत्तं. In composito मत etiam casus 2 masc. esse potest vocis मत intelligens etc., quae ejusdem rad. त adsumsit pro न, e. c. परिमत penitus intelligens. *Durjodhana Dhritarāshtrae* et *Gāndhāris* filius fuit, qui inter centum fratres praecipuus omniumque locum tenens, cum invidia arderet propter adplausum populi, quo *Pāṅḍi* filii celebrabantur, exitiosi auctor fuit belli, quod

principale *Mahābhāratī* argumentum est. —— *Nīlakaṇṭha* ad h. l. addit: दुर्योधनमतं जयोमृत्युर्वास्तुनतु राज्यार्द्धं देयमिति , i. e. Durjodhanae mens (erat): «Victoria aut mors, esto. Nonne regni dimidio cedendum (foret)?»

ज्ञात्वा *cognito*, e r. ज्ञा c. 9. nosse, scire etc. et त्वा part. praet. terminatione affixa. V. supra श्रुत्वा quocum eandem formam habet et constructionis vim, utpote quod ad eundem nomin. spectat, de quo infra.

कर्णस्य *Karṇaṣ*, nom. prop. in c. 6 vel genit. masc. sing. *Karṇa* primus erat *Kuntī* filius, quem, ante quam *Pāṇḍo* nuberet, per artem magicam conceptum a *Sūrja* i. e. sole, in lucem edidit inauribus aureis splendidum. Eo nomen sortitus est a कर्ण auris, quod कर्ण radicem habet et अ affixum. *Karṇa*, qui et अर्कतनय solis filius dictus, Pāṇḍavarum frater natu maximus, *Aṅgae* principatum tenuit, unde appellatus est अंगराज, et a *Tshampa* urbe nomen tulit *Tshampādhipa* i. e. *Tshampae* dominus. Ad nomen hoc et quod sequitur, subaudi मतं mentem, quod compositi supra pars est, hic vero suppletur per particulam तथा, quae infra ponitur.

शकुनेः *Śakunis*, nom. prop. cas. 6. masc. sing. V. declin. nominum in इ. Śakuni idem est cum Saubala (infra sloka 19) et cum Gāndhārarādsha i. e. Candaharis rege (sl. 8). शकुनि quod etiam et vulturem indicum notat et vulgo avem, derivatur a शक् conj. 5. compotem, capacem esse, c. 1 timere etc. Visarga vero ante mutam convertitur in स, quo fit शकुनेस

तथा *similiter*, adverb. e pronomine तद् hoc et था suffixo, quo indicantur modus, ratio, qualitas; ut कथा quomodo? अन्यथा alio modo. तथा hic significat eodem modo quam Durjodhanae affectos Karṇae et Śakunis animos, eosque Dhṛitarāshṭrae cognitos.

Śloka 2.

धृतराष्ट्रः *Dhṛitarāshtra*, in c. 1. sing. masc. est nomen pr. factum ex epitheto composito ad formam vahuvrīhi (v. pag. 22. sq.), quod, ut Durjodhana substantive, ponitur in nominativo, ad quem, quae adhuc exponuntur, respiciunt. Nomen hoc, quod compositum est ex धृत et राष्ट्र, significat eum, a quo imperium tenetur. धृत partic. pr. *tentum* est a r. धृ c. 1. et 10. tenere, possidere et त suffixo. राष्ट्र subst. m. et n. *regnum* a r. राज् c. 1. regnare, lucere, affixo त्र quo formantur nomina instrumenti, vasis etc. Sic शास्त्र est, quidquid legem continet, sive sententia sit sive liber, a शास् regere, praecipere; पात्र patera, a पा bibere. ज् ultima radicis, dum haec formatur, convertitur in ष्, unde त् sequens fit ट्. V. conjug. et orthoep. Nominativi visarga propter palati literam sequentem exprimitur per श्, quo fit धृतराष्ट्रश् Haec compositionis ratio, quae partic. passivo etiam agentem notat, frequens est et notatu digna: sic धूतपाप is, a quo peccata excussa sunt. Dhritarāshtra *Vitshitravirjae* filius fuit natu major et Pāńdi frater, caecus in lucem editus; quippe quem *Ambika* mater ejus oculis formidine clausis concepisse fertur. Ipse *Kuravarum* pater habitus, patruus autem et tutor fuit Pāńdavarum, qui Pāńdo fratre mortuo qua ipse qua per Durjodhanam filium imperium capessiverat. Id vero accidisse Hindi credunt in fine Dvaparajugae vel aetatis tertiae, quae praesentem, ultimam, praecessit, i. e. ante 5000 ann.

चिरं *diu, longo tempore*, adverbium e rad. चि c. 5 et 10. colligere, cum र affixo et terminatione cas. 2. sing. neut., qua adverbia multa cum simplicia tum composita formantur. चिर etiam in casibus, si 1. et 8. excipias, reliquis, licet non eodem in omnibus sensu, adverbii tamen vim habet.

ध्यात्वा *reputato*, partic. indecl. e rad. ध्यै c. 1. reputare, meditari, versare secum in animo; cui additum est त्वा (v. p. 22. et 24), quo, ut aliis quibusdam affixis, e. c. ता fut., त partic. praet. etc., radicis ऐ convertitur in आ. *Nīlakaṇṭha* in h. l. habet: वृत्तमर्थमनुस्मृत्य versatam rem recordatus.

संजयम (ad) *Saṇdshajam*, nom. prop. m. sing. c. 2. Vox est composita ex सम *cum*, praepositione, qua etiam, quae in conjunctione est, perfectio indicatur, et जय *victoria*, a जि v. p. 21. affixo अ, quod इ in ए mutari postulat. In compositione hac, quae ad formam tatpurushae (p, 21.) facta est, subaudi सन्. Siquidem ponitur pro संजयस न् qui cum victoria est. Saṇdshaja, cui Dhṛitarāshṭra verba fecit, fuit ex numero *Pauraṇikarum*, qui, antiquitatis periti, nomen traxerunt a gravioribus, quas divulgarunt, mythistoriis. *Purana* enim sunt antiquitatis historiae. In Mahābhārati initio śl. 1. Saṇdshaja, qui operis hujus vates, dicitur; लोमहर्षणापुत्रउग्रश्रवाःसौतिपौराणिको नैमिषारण्ये. Lomaharshaṇae filius, aures teretes habens, Sauti (a Suta oriundus) Paurańika in Naimishae solitudine etc.

वाक्यम *sermonem*, c. 2. sing. neutr. a r. वच् conj. 1. 2. et 10. dicere, loqui; in qua, dum literae ultimae, in क mutatae, य abstractorum affigitur, vocalem produci oportet. Crebra est ejusmodi conversio, ubi in fine radicum, dum flectuntur, pro palati literis ponuntur, quae respondent, gutturis. Sic etiam वक्ति dicit, उक्त dictum etc. Casus 2. hic pendet a verbo sequenti.

अब्रवीत् *loquutus est*, pers. 3. sing. praet. verbi act. e rad. ब्रू c. 2. loqui, dicere paefixo praeteriti augmento अ. Verbi hujus ea est anomalia, quae in formae activae praes. singulari, in 3. et 2. pers. praeteriti atque in 3.sing. imperativi literam इ ante terminationes inseri postulet, qua, quod alioqui ante vocalem in उव् mutatur, ऊ radicis ut

in primis imperativi personis, convertitur in अव; sic अब्रवीत् pro अब्रूत. Construitur autem more verborum caussalium, petendi, capiendi et aliis cum duobus accusativis, uno rei altero personae.

Integra sententia haec est: Intellecto Durjodhanae animo, propter Pāṅḍavarum victorias malignissimo eodemque Karṇae et Śakunis cognito, postquam diu secum reputaverat Dhṛitarāshṭra ad Sandshajam sermonem loquutus est. Vernacule: Da Dhṛitarāshṭra bey den Siegen der Söhne des Pāṅḍu den höchst neidischen Sinn des Durjodhana erkannt, den des Karṇa und Śakuni derselben Art vernommen, hat er nach langer Besinnung die Rede zu Sandshaja gesprochen.

शृणु *audi*, 2. pers. sing. imperat. a r. श्रु (cf. p. 22.), quae per anomaliam in activi et medii praesenti, praeterito, conjunctivo et imperativo रु mutat in शृ, et in temporibus iisdem et modis instar verborum conjugationis 5. assumit नु cujus न ob शृ, quae praecedit, literam fit ण

संजय *Sandshaja*! c. 8. sing. cf. p. 26.

सर्वं *totum*, omne, in c. 2. sing. neutr. pronominale, quod regitur a शृणु praec.

मे *mihi*, c. 4. sing. pronominis अस्मद् ego, a r. अस् *esse* et affixo म द्, quo, utpote radice ipsa notatur gaudere, inebriari, dormire stupidum esse. Siquidem Hindus sui ipsius qua separati solum conscientiam pro arrogantis dementia habet et somno. Cf. tab. decl. मे quod ad Dhṛitarāshṭram spectat, pendet a verbo seq.

नच *neque*, sive न *non* च *et*.

असूयितुम् *exprobrare*, vituperare, vilipendere, est infinitivus verbi, quod vel ab असूया calumnia timoris derivatur, vel ab असु periculum, metus etc., ubi ut plura, quae ex nominibus formantur, verba य affixo flectitur. Ejusmodi verba, ut solent alia plura, in quibusdam conjugationis formis ante terminationes इ admittunt (v. conjug. tab. भू)

quo fit असूयितुम्. Construitur autem hic cum c. 4. vel dat. qui praecedit, alias cum praep. अभि ante, coram, quae accus. regit. V. infra.

अर्हसि *dignus es*, (qui mihi nou exprobres, vel, mihi exprobrare te dignum non foret) pers. 2. sing. praes. act. a r. अर्ह् posse, decere, oportere etc. *Nīlak.* ad h. l. मदीयंप्रज्ञाचक्षुष्टंदूषयितुंनार्हसि, meum divinationis oculum vituperare te indignum foret.

Śloka 3.

श्रुतवान् *doctus*, initiatus, in Vaedis versatus, c. 1. sing. m. particip. praet. act., cujus forma rudis affixo तवत् terminatur; casus vero 1. m. sing. aff. तवान्, c. 2. तवंतम् et sic porro, ut कुर्वत् in tab. declin. Foemininum habet श्रुतवती, cujus declinatio, si श्रुतवतीः casum 2. plur. excipias, eadem est, quae कुर्वती, nisi quod hujus anusvara vel न् in illo prorsus omittatur. Hoc etiam observandum in duali neutrius, quod, श्रुतवत्, caeterum plane ut कुर्वत् flectitur. Radix श्रु (cf. p. 22. et 24.) significat audire et discere, unde et Vaedae, libri Hindorum sacri, frequenter nominantur श्रुति *auditio*, a r. श्रु et ति abstractorum affixo.

असि *es*, 2. pers. sing. praes. verbi substantivi a r. अस् esse. V. t. conj.

मेधावी *ingeniosus*, in casu 1. sing. masc. epitheton formatum e मेधा ingenium, acumen etc. (a r. मेध् conj. 1. intelligere, immolare, comitari) et affixo विन्, quo possidendi nomina adjectiva ex substantivis fiunt, ut मायाविन् magicus, magus a माया, sic f. rud. मेधाविन्, in c. 1. m. sing. मेधावी, in c. 2. मेधाविनं, in c. 3. मेधाविना. In reliquis casibus terminationes communes vel simpliciter formae rudi affiguntur, vel, ut in dualis cas. 3—5. et pluralis c. 3—6.,

omisso anusvāra vel न्, litera formae rudis. Foem. c. 1. मेधाविनी easdem per omnes numeros casuum terminationes habet ac श्रुतवती supra. Neutrum vero in c. 1. et 2. sing. मेधावि, du. मेधाविनी, pl. मेधावीनि, in caeteris a masculino suo non differt, atque cum neutro nominum in इ desinentium, fere convenit. V. tab.decl.

बुद्धिमान् *sapiens*, in c. 1. m. sing. a बुद्धि ratio, intellectus, intelligentia, sapientia, e r. बुध्, c. 1. et 4. intelligere, nosse, ac ति, quod ad formanda abstracta radicibus adjicitur, et cujus त hoc loco a ध praecedenti conversum vel in द्, quod aspirationem illius adsumendo tollit, vel, quod eodem redit, in ध्, quod eam extinguit. मत e rad. मन् participium praesentis (cf. p.23) ad plura ex conscientia nomina possidendi fingenda usurpatur, et in casu 1. m. fit मान्, in c. 2. मंतं, in c. 3. मता; atque ita reliqui casus plane regulares sunt, dum modo in du. c. 1. 2. 8. et pl. 1. 8. न् vel anusvara ante त inseratur. Foemininum autem मती et neutrum मत si म ponas pro व, de reliquo per omnes numeros et casus prorsus flectitur ut वती et वत in श्रुतवती et श्रुतवत, q. v. supra.

प्राज्ञसंमतः *inter sapientes aestimatus*, casus 1. sing. masc. vocis, quae ad v a h u v r ī h i formam composita est. प्राज्ञ quidem i. e. praescius, sagax, praesagus, sapiens, derivatur a praepp. प्र pro, prae, ante, ac आ ad, apud, et a r. ज्ञा c. 9. scire (p. 24.), quae in locum आ finalis adsumit agentis affixum अ (p. 22.). संमतः aestimatus, a praep. सम् cum, et rad. मन् nosse. V. p. 23.

Nīlak. ad h. l. habet: तत्र हेतुः श्रुतवान् अधीतीबुद्धिमान पाठतोर्पतग्रंथधारकः मेधावी ऊहापोहकुशलः ॥ अतएवप्राज्ञानां संमतः ॥ i. e. ratio in eo, quia doctus es (Saṇdshaja!) multae lectionis (*vel*, qui literarum studia absolvisti अधीती) sapiens legendo et studendo (*vel*, qui sensum eorum, quae legisti, assequu-

tus es अर्थतः, libros servans, ingeniosus in perscrutando (ऊह), investigandi peritus, itaque etiam inter sapientes aestimatus.

विग्रहे *in disjunctione*, bello, pugna, c. 7. m. sing. विग्रह, quod ut काल in tab. inclinatur, formatum est ex praep. वि, quod crebro locum negationis tenet, cuique latinum *ve* — et *dis* — respondet, ut in वैचित्य vesania, vecordia, ac radice ग्रह c. 1. 9. et 10. capere, sumere, cum अ subjecto, quo plurima variae significationis nomina finguntur.

मम *mei* c. 6. sing. pronom. V. p. 27 et tab. decl.

मतिः *animus*, mens, c. 1. f. sing. a r. मन et abstractorum affixo ति, quo radicis न eliditur. V. p. 23. et 28. Visarga post इ mutatur in, र् si sonans sequatur; quo fit मतिर्. Verbum substantivum अस् hic अस्ति, et alias saepissime subaudiendum. Sic hoc in loco: non in pugnam mihi est animus; vel: disjunctio non est mihi in animo.

नच *neque*, non quidem. V. supra.

आप्रीये *delector*, pers. 1. sing. praes. medii, ex praep. आ ad, apud, et rad. प्री conj. 4., quae in activo et medio ये praefigit terminationibus praesentis, praeteriti, conjunctivi et imperativi.

Nīlak. id explicat verbis: नैवप्रीतिमानस्मि Non equidem gaudio affectus sum.

कुलक्षये *in familiae ruina*, est casus 7. nominis ad tatpurushae formam compositi ex कुल n. familia (quod radicem कुल conj. 1. necessitudine vel familiae vinculo conjungere, et अ subnexum habet) atque ex क्षय m. ruina, lapsus defectio, destructio, cujus radix est क्षि c. 1. dilabi, consumi, deficere etc. Dum huic अ subjungitur, इ convertitur in ए, quod ante vocalem fit अय.

Śloka 4.

मे *mihi*. V. p. 27.

विशेषः *disjunctio*, discrimen, c. 1. m. sing. a praep. वि, quae, opposita praepositioni सम् *cum*, separationem, disunionem etc. indicat (v. supra), et शिष् c. 7. distinguere, definire, describere, determinare qualitatibus singularibus, quae, quum per omnia, si separatim sumantur, caput mortuum efficiant, radici शिष् in c. 10 sensum relinquendi vel deserendi tribuunt, et in c. 1. significationem occidendi. Eidem adnexum est अ converso इ in ए. Quo etiam fit विशेषण sub conditione existens sive determinatum, वैशेषिकाः dialecticorum genus in India, quibus ab auctore et *Aulukium* nomen est; etc.

पुत्रेषु *in filiis* (inter filios), c. 7. V. p. 22.

स्वेषु *propriis*, a स्व proprius, e r. सु producere, parere, (cf. p. 22.) et अ affixo. Nam, quae fecimus ipsi, ea nostra putamus.

पाण्डुसुतेषु *in Pāṅdi filiis* (inter P. f.) in c. 7. m. pl. vox composita ex पाण्डु ut pag. 22. et सुत genitus, natus, filius, a सु parere, gignere cum त participii praet. pas. adjuncto.

वा *vel*, particulae *ve*—, quae vocibus subnectitur, respondet. Sensus hic: neve mihi discrimen inter proprios filios et Pāṅdi genitos.

वृद्धम् *senem*, aetate provectum; c. 2. sing. m. participii praeteriti, a r. वृध् c. 1. increscere, quae, ex ratione supra allata, त participii subjecto fit वृद्ध.

मां *me*, c. 2. sing. pron. अस्मद् de quo p. 27. Accusativus hic regitur ab अभि coram, praep. sequenti, quae hunc casum postulat.

असूयन्ति *despiciunt* pers. 3. pl. praes. activi V. p. 27.

पुत्राः *Filii*, c. 1. pl. m. V. p. 22.

मन्युपरायणाः *discordiae addicti*, in c. 1. pl. m. adjectivum, quod respicit ad पुत्राः, conjunctum ad vahuvrīhim. V. p. 22 sq. मन्यु m. contumacia, ira, rixa, libido, malignitas; a r. मन् c. 10. obsistere, inhibere, cf. p. 22., cui additum यु ligare, miscere, separare, contemnere,

ut in अहंयु superbus, arrogans, ab अहं ego et यु. पराधीनता studium, retentio, obtemperatio, propensio, a पर aliu-, diversus et अयन n. via, semita; hinc पराधीनता proprie, itio in via alterius, ut परतन्त्र dependens a तंत्र norma etc., et मन्युपराधीनां libidinis obtemperatio, irae addictio adjective autem मन्युपराधीनः contumaciae addictus.

Śloka 5.

अहं *ego.* V. p. 27 et t. decl.

तु *vero*, autem, etiam etc. particula.

अचक्षुः *caecus* (connivens), c. 1. m. sing. epitheton compositum ex negat. अ et चक्षुष oculus, a r. चक्ष c. 2. loqui, cui subjectum est उष, quo nomina varia terminantur. Cf. p. 22. sq.

कार्पण्यात *ex imbecillitate indulgenti*, c. 5. sing. neutr. a rad. कृप c. 1. indulgentem, c. 10. imbecillum se praebere; quod subjecto अन fit कृपण imbecillus, miser; etc. addito autem य abstractorum, unde prima syllaba conversa producitur, habetur कार्पण्य.

पुत्रप्रीत्या *per amorem erga filios*, in c. 3. foem sing. (declin. ut बुद्धि in tab.). Vocis secundum tatpurusham (p. 21.) compositae pars prima est पुत्र (p. 22.) altera प्रीति amor, deliciae, quae dependet a प्री amare, delectari (cf. p. 22.) et ति affixo nominum abstractorum.

सहामि *sustineo*, pers. 1. sing. praes. activi a षह c. 1. sustinere, tolerare, ferre.

तत् *ideo*, propterea; particula.

Nīlak. ad h. l. अचक्षुः कार्पण्यात् । आंध्येनदीनत्वात्पुत्रप्रीत्याचतत्सहामिसहेo caecus, connivens, ex indulgentia; per caecitatem quae ex imbecillitate oritur, itaque amore in filios sustineo etc.

मुह्यंतम् *vesanientem*, participii praes. sing. casus 2., qui regitur a praep. अनु *post*. Radix verbi est मुह् vesanire, stultum, dementem, turbatum esse, conj. 4. V. p. 21. et tab. decl.

च *et.*

अनु *post*, secundum, sequendo. Praepositio.

मुह्यामि *insanio*, perturbatus sum, pers. 1. sing. praes. e r. मुह्, de qua supra.

दुर्योधनम् *Durjodhanam*, c. 2. sing. V. p. 23.

अचेतनम् *amentem*, vecordem, in c. 2. m. sing. adjectivum ab अ privativo et चेतना foem. sensus, mens, cogitatio, e r. चित् conj. 1. mentis compotem, expergitum esse, conj. 10. cogitare, recordari, percipere, etc., cui adjectum est अन, et vocalis इ conversa in ए, eadem vi ac in योधन p. 23. अचेतन formatum est ad vahuvrihim ut दुर्योधन, सुमहत्, अप्रिय, अचक्षु supra. Explicatur autem a Nīlakaṇṭha per अल्पबुद्धि exiguus animi.

Śloka 6.

राजसूये *in Rādhasūja*, i. q. in sacrificio regio; c. 7. sing. m. vel n. nominis compositi (p. 21.) ex राजन् rex, a r. राज् p. 25. et affixo अन, cujus न finale in compositione hujus nominis omitti oportet. राज hic locum tenet casus sexti राज्ञः. Altera nominis pars, सूय, sacrificium singulare, caeterum id significat, quod in lucem edendum, producendum etc. Derivatur autem a r. षू conjj. 2. 4. et 6., cujus sensus ab eo radicis षु p. 22. non est diversus, et य participii fut. passivi adjuncto.

श्रियम् *adparatum*, copiam, opulentiam, c. 2. foem. sing., cujus casus 1. est श्रीः, reliquorum autem terminationes aeque communes sunt (v. tab. decl.), si ante eas, quae vocali incipiunt, इय substitueris loco ई. In

casibus vero 4—7. singularis et 6. pluralis etiam duplici modo inclinatur, uno regulari, ut dictum, altero secundo nominum foem. generis, quae in इ desinunt. Rādshasūja sacrificium fuit Hindis maxime solemne, quod gravi quadam occasione data caesar aut rex ipse ingenti sumtu ac magnificentia instituit regibus etiam vicinis assistentibus.

दृष्ट्वा *viso*, quum viderat, particip. indecl. (cf. p. 22. 24. 26.) a r. दृश conj. 1. videre. श palati ante त adnexum fit ष, quo त convertitur in ट. Cf. p. 25.

पाण्डवस्य *Pāndavae* (Pāndo geniti) in c. 6. m. sing. patronymicum formatum affixo अ, quo उ mutatur cum अव. Nomen istud Ardshuna gerit cum quadam excellentia.

महौजसः *propter magnam virtutem splendidi*, adjectivum, quod genere, numero et casu nomini praecedenti respondet. Compositum vero est e महा (cf. p. 3.) et ओजस n. lux, splendor, virtus, a r. ओज conj. 10. potentem esse, virtute praestare, cum अस subjecto in morem plurium nominum. Haec vero, quae in अस desinunt, inclinantur in masc. et foem. terminationibus declinationum communibus, nisi quod अस in sing. c. 1. vertatur in आः, et in du. ac pl. in ओ ante terminationes quae a भ exordiuntur.

तत् *ideo*, itaque, quapropter etc.

च *et*, adeo.

अवहसनं *derisionem*, irrisionem, c. 2. neutr. sing. a praepos. अव deorsum, de—(in compositione), hinc etc. et rad. हस conj. 1. ridere, subjecto अन. V. p. 23.

प्राप्य *accepto*, vel quum nactus esset, (irrisionem sibi contraxisset); participium praeteriti indecl., quod autem radici य subjiciendo formatur nonnisi praepositione aliqua eidem addita. Itaque hoc verbum ortum ex प्र pro, prae etc., r. आप conj. 5. habere tenere et य affixo.

सभारोहणादर्शने *ascendendo et intuendo in aula*, in c. 7. n. sing. vocabuli compositi pars prima est सभा f. aula, palatium, coetus, quod hic casus 7. सभायां locum tenet, a praep. सह vel सम cum, una, et radice भा conj. 2. lucere, splendere, (unione lux); altera pars est रोहण ascensus, a r. रुह् conj. 1. ascendere, apparere, provenire etc., adjecto अन ut p. 23.; tertia denique दर्शन inspectio, a r. दृश् conj. 1. videre, intueri, cujus ऋ, adjiciendo अन convertitur in अर्. V.l. c. Integra vox ad duplicem formam composita est; nempe रोहणादर्शन ad eam, quam conjunctionem, d v a n d v a m, dicunt, quaque nomina substantiva ejusdem casus, omissa eorundem copula, ita conjunguntur, ut ultimum vel in numero singulari generis neutrius ponatur, vel in alterutrius generis duali aut plurali, reliquis, quae praecedunt, nominibus, in forma plerumque rudi, certo tamen ordine, praemissis. Sic रोहणादर्शन ascensus et contemplatio, इन्द्राग्नी Indra et Ágni, ब्रह्मविष्णुशिवाः Brahma, Vishńu et Síva. Dictum vero vocabulum hic denuo compositum est alteri सभा ad normam t a t p u r u s h a e. V. p. 21. Sensus est: postquam Durjodhana in Rādshasūjae sacrificio inspexerat magnificum Pāńdavae virtute magna pollentis adparatum, itaque irrisionem sibi contraxerat ascendendo et intuendo in aula, etc., de qua in Mahābhārat initio: विमानप्रतिमांतत्रमयेन सुकृतांसभां।पाण्डवानामुपहृतांसदृष्ट्वापर्यतप्यत ॥ तत्रावहसितश्चासीत्। i. e. ad formam currus coelestis a Titanum artifice (mago मयेन q. e. शिल्पिनादैत्यानां) magnifice constructum palatium, a Pāńdavis possessum ipse cum vidisset, totus exarsit. Atque hic eidem irrisum fuit, etc.

Śloka 7.

अमर्षणः *impatiens* (furiosus,) c. 1. m. sing. a privativo अ et rad. मृष conjj. 1. 4. et 10. tolerare, pati, ignoscere, quae formata est ut दर्शन, quod praecedit. Cf. p. 23. Subaudiendum hic: factus est. Nīlak. ad h. l. अशान्त inquietus, implacatus.

स्वयं *ipse*, virtute propria, indecl. ex स्व proprius et य addito. V. supra śl. 4.

जेतुम् *vincere*, infinitivus a rad. जि quam formando इ in ए mutat. V. p. 21. et tab. conj.

अशक्तः *impotens* vincendi, superando impar, c. 1. m. sing. ex privativo अ et r. शक् conj. 5. posse, parem, capacem esse, affixo participii त, quo verba intransitiva significationem activam retinent, ut Latinorum deponentia. Forma compositionis est vahuvrīhi, sed et tatpurushae adnumeratur.

पाण्डवान् *Pāndavas*, c. 2. m. pl. V. p. 22. et 32.

रणे *in praelio*, c. 7. m. sing. a r. रण conj. 1. ire, sonare, subjecto अ.

निरुत्साहः *contentioni impar*, viribus exerendis ac intendendis, in casu 1. m. sing., vox composita ex praepos. निर् extra, sine, (opposita नि in) et उत्साह् virium intentio, fortitudo, a praep. उत् sursum, supra, et सह् conj. 4. ferre, posse, vel षह् conj. 1. 4. et 10. sustinere, pati, affixo अ et radicis अ producto. Compositio facta est vel ad vah. vel ad tatpurusham, pro plenius dicto उत्साहाधाशक्तः. Sed निरुत्साहः etiam simpliciter potest denotare eum, qui sine contentione est. Subaudi अभूत् fuit vel factus est.

च *et.*

संप्राप्तुम् *in potestatem suam redigere*, subjicere, infinitivus, qui

dependet a निरुत्साहः, i. e. viribus exerendis subigendi impotens, vel simpliciter: qui vires non exerit ad devincendum. Vocabulum ortum ex praepp. सं et प्र ac radice आप् q. supra.

सुश्रियं *fortunatum*, felicem, in c. 2. m. sing. Vox haec, quae cum praeced. construitur, ad vahuvrīhim composita est ex सु valde (p. 22.) et श्री fortuna secunda, felicitas p. 33. sq., ut सुप्रजाः is, qui bonam habet progeniem, a प्रजा progenies, (cf. p. 32), सुवचाः eloquentia instructus, a वचस् vox, sermo; sic सुश्रीः felicitate, fortuna secunda fruens. Nīlak. ad h. l. सुश्रियं शोभनाश्रीर्यस्यतंचयुधिष्ठिरं। संप्राप्तुम् वशेकर्त्तुम् ad felicem i. e. cujus. splendida fortuna, eumque Iudhishṭhiram devincendum sive in potestatem redigendum. पाठ्यांतरेस्पष्टोऽर्थः sic manifestus lectionis sensus.

क्षत्रियः *unus ex Kshattris*, sive militibus, i. e. ex secundo Hindorum ordine, qui et militaris et regius est; c. 1. m. sing. a r. क्षद् conj. 1. tegere, defendere, felicem, splendidum esse, affixo त्र, cf. p. 25., unde क्षत्त्र is, a quo (regnum) defenditur, et in locum अ finalis substituto इय, fit क्षत्रिय ad Kshattrarum ordinem spectans; ut यज्ञिय ad sacrificium pertinens, a यज्ञ sacrificium etc.

अपि *etsi*, quamvis, etiam; particula.

सन् *qui est*, in c. 1. m. sing. participium praes. verbi अस् conj. 2. esse. Sensus est: quamvis ex ordine bellatorum sit.

Śloka 8.

गांधारराज संहितः *cum Gāndhārae rege consociatus*, foedere junctus, in c. 1. m. sing. vox composita. गांधारराज (ad tatpurusham) rex Gāndhārae est Śakuni, de quo p. 24. sq. 33. et infra Derivatur nomen hoc a radice गन्ध् c. 10. quaerere, cupere, petere, ire,

movere etc., quae adsumendo अ fit गन्ध m. odor, aroma, cognatio, superbia, parvum; et, producendo radicis अ, गान्ध odorum plurium copia, odoramentum. Reliquum autem vocis, आर ortum ex ऋ conj. 3. ire, conj. 1. attingere etc., quod, अ sub finem addito, conversum producitur. Hinc गान्धार (odores spargens etc.) septem tonorum unus in musica. De Gāndhāri matre Durjodhanae et de Gandharbis, musicis coelcstibus, v. infra. Unde vero Candahar regio, quae inter Persidem et Indiam septentrionalem sita est, nomen istud acceperit, longius perquirere, hic supersedendum ducimus. De altera vocis hujus parte राज rex v. supra. Ultimae autem सहितः vel, ut nobis videtur, धा conj. 3. tenere, fulcire, servare, radix est, cujus praeteriti passivi participium per anomaliam est हित; vel हि conj. 5. ire, increscere, limitare, quae eodem participio ex regula utitur. Praepositio सह cum, vel per apocopen स, radici priori tribuit sensum cohaerendi, conjungendi etc. सहित vero cum गांधारराज ad vahuvrihim conjungitur.

छद्मद्यूतम् *lusum dolosum*, doli, in c. 2. sing. n. substantivum compositum ad tatpurusham. छद्मन् n. in compositione छद्म, dolus, fraus, occultatio, radicem habet छद् conj. 1. et 10. tegere, celare, abscondere, cui subjectum est मन्, quo ex radicibus pluribus nomina formantur. द्यूत lusus, participium praet., quod frequenter substantivi vicem implet, a r. दिव् conj. 4. ludere etc., quae, त participii admittendo, इव्, prout videtur, contra regulam, mutat in यु vel यू, quo fit द्यूत loco दिवित vel दिक्त, quod orthoepiae repugnaret.

अमन्त्रयत *consuluit*, clam deliberavit, convenit (cum eo) pers. 3. sing. praeteriti activi, a r. मन्त्र conj. 10. clam loqui, consulere, cui nasi litera inserenda. V. p. 22. Consuluit fraudulentum aleae lusum, quo integrum regnum sortiretur.

तत्र *in hoc*, ibi, adverbium ortum ex तद् hoc et त्र subjecto, quo,

quae casus septimi locum tenent, adverbia loci ex pronominibus et pronominalibus plurimis formantur. Sic सर्वत्र ubique, a सर्व totus, omnis, अन्यत्र alibi, ex अन्य alius, etc.

यद् *quid*, c. 1. u. sing. pronomen, quod declinatur ut तद् in tab. declinationum.

यत् *quare*, indecl. cognatum voci priori. Vel यद्यद् quidquid.

यथा *quomodo*, indecl. a यद् affixo था. V. p. 24.

ज्ञातं *cognitum*, c. 1. n. sing. participii a radice ज्ञा. V. ibid.

मया *a me* (per me,) c. 3. sing. pronom. अस्मद् *ego*. V. tab. decl.

संजय *o! Sanḍshaja!* V. p. 26.

तद् *hoc*, c. 1. n. sing. pronominis.

शृणु *audi*. V. p. 27.

Hunc ślokam Nīlakaṇṭha sic interpretatur: तत्रतस्मिन्द्यूतेमंत्रितेसतिर्यंपश्चाद्भवद्यद्यज्ज्ञातंजयाशाप्रतिरोधकंतत्सर्वंमयानिगद्यमानंशृणु ॥ लोकद्वयस्थितज्ञानाभावेपिमूढाःस्वौकिकवृत्तार्थस्मृतिमात्रेणास्वात्मानंतुर्वन्ति इतिधृतराष्ट्रोक्तिव्याजेन दर्शयति h. e. ibi, in hoc ludo consulto improbe (सतिर्यं modo clandestino, perfido ac injusto), posteaque quid, quare eveniat, quo victoriae spes obstruatur, hoc, totum a me inspectum, audi. In natura scientiae rerum, quae mundo altero servatae sunt, hallucinantes, quo cursus mundani rationem recordantur, momento spiritum proprium laedunt. Ita ex Dhṛitarāshṭrae sermone manifestum facit.

Śloka 9.

श्रुत्वा *audito*. V. p. 22.

तु *vero*.

मम *mei*. V. supra.

वाक्यानि *sermones*, verba c. 2. neutr. pl. V. p. 26.

बुद्धियुक्तानि *rationi consentaneos*, sapientiae congruentes. Adjectivum hoc, quod spectat ad substantivum praecedens, componitur ex बुद्धि, de quo v. p. 29. et युक्त conjunctum, a radice युज् conj. 7. jungere, unire, meditari etc., त participii adjecto, quo palati literae in eas, quae ipsis respondent, gutturis convertuntur. Cf. p. 26. et a. l.

तत्त्वतः *ex principiis*, quod ad essentiam rerum; adverbium formatum ex तत्त्व n. essentia, principium, elementum, interius rei, et subjecto तः, quo adverbia maximam partem cum ablativi significatione finguntur ad originem modumque rerum indicandum. Sic आदितः ab initio, ततः ab hoc, धर्मतः justo modo etc. तत्त्व vero derivatur a तद्, quo cum pronomen *hoc* exprimitur tum in Vaedis plerumque, primum *esse*, prima mundi anima, naturalis conditio, primum Brahm., etc. (a तन् conj. 8. extendere, pandere, etc.), ac त्वं, quod et abstracti affixum est et ipse casus primus sing. pronominis युष्मद् tu. Locus hic ita reddi posset: intellecto autem verborum meorum, quae sapientiae congruunt, sensu ac vi interna, etc.

ततः *inde*, a तद् hoc et तः. V. articulum, qui praecedit. Ex orthoepia visarga mutatur est in ओ.

ज्ञास्यसि *cognosces*, pers. 2. sing. futuri indef. a radice ज्ञा. V. supra p. 24.

मां *me*, c. 2. sing. pronominis.

सौते *o! Sauti!* in c. 8. sing. masc. (V. in t. decl. कवि), सौति patronymicum Sandshajae (p. 26.), derivatur a सूत, q. e. ex primo et secundo Hindorum ordine oriundus, filius regius etc., hic vero nomen proprium. Radicem habet षू (cf. p. 22. et 33.), et त participii praet. subjectum. Quaedam enim patronymica formantur इ suffixo, quo prima nominis vocalis vel simpliciter vel conversa producitur. Infra śl. 67.

Saṇdshaja ipse Sūta compellatur, śloka autem 78. vocatur Sauti.

प्रज्ञाचक्षुषं *providendo caecum*, me, qui, quae necessario eventura sunt, providens, conniveo; in c. 2. masc. sing. adjectivum compositum ex प्रज्ञा f. providentia, scientia, quod casus sexti locum hic implet (cf. p. 29.), et अचक्षुष caecus, de quo v. p. 32. Verum etiam legi posset चक्षुषं, ubi sensus foret: oculo praescio, providentiae, instructum.

इति *ita*, sic, particula, quae frequenter occurrit, indicans congruentiam, adsensum, causam, finem etc.

उत *annon*? particula interrogandi, dubitandi etc. Vel इत्युत ita etiam; nec aliter.

Nīlakaṇṭha ad h. ślokam: श्रुत्वेति केचित्तुप्रज्ञाचक्षुषमितिविशेषणा दनागतार्थकथनं धृतराष्ट्रेण क्रियते ० cognito etc.; ai quidam: Providendo caecum (se dicit). Hac determinatione a Dhritarāshṭra fit narratio rerum, quae nondum acciderunt.

Metrum ślokarum 9. praemissorum, quibus praedictionis sequentis praefatio fit, maxime usitatum in purāṇīs, śāstris aliisque operibus, anushṭubh dicitur, cujus śloka continet versus duos, versus autem caesuram unam habet, vel duo pāda sive quadrantes (unde tshatushpād dicitur), pād vero quodvis octo syllabas, quarum in quovis quadrante quintam brevem esse oportet, sextam longam, septimam vero alternis longam et brevem, sive quarum ante ultimam in pāde primo et tertio ponendus est bacchius, in secundo et quarto amphibrachys, post primam vero pādis syllabam nunquam anapaestus aut tribrachys, nec post eam in secundo et quarto pāde amphimacer. Quod autem ad primam cujusvis pād syllabam et ultimam, idem est, sive breves sint sive longae. Praedictionis vero sequentis metrum vocatur trishṭubh, cujus śloka 44. syllabis absolvitur, sive duobus versibus aut 4. pādis; horum autem quodvis 11. syllabis. Quatuor pādorum quodvis desinit

in duos bacchios, ac secundam et quartam longam habet, pad autem secund. et quart. quoque tertiam. In quovis śloka primi pādi initium et quart pad integrum repetuntur.

Śloka 10.

यदा *quum*, quando, quoniam; particula conjungens sive adverbium temporis, ortum ex pronom. यद् quod, et दा affixo ejusmodi adverbiorum; ut सर्व्वदा semper, अन्यदा alio tempore, तदा tunc temporis etc.

अश्रौषं *audivi* (cognoverim, provideam) pers. 1. sing. praet. indef. activi, ubi radicis श्रु vocalis उ ex regula convertitur in औ. Nīlak. ad h. l, तत्राश्रौषमिति भूतार्थलुङ्प्रयोगानुपपत्तेः i. e. hoc in loco, audivi, praeteritum indefinitum (quod Grammatici per लुङ् indicant) denotat id, quod futurum sit. Alia enim ejusdem acceptio inepta foret. Ex his Nīlakanthae verbis patet illius temporis significatio. Nam quae aliquando eventura sunt, a Dhṛitarāshṭra ut facta narrantur, atque ut talia per tempus indefinitum describi solent, quod ob id ipsum, quia non de certo facto praeterito, sed de eo est, quod fieri possit vel eventurum sit, in comparatione tempus praesens verbi sequentis adsciscit, quoniam cum eo, quod est, comparatur

धनुः *arcum* c. 2. sing. neutr. a r. धन् conj. 1. sonare, strepere, affixo उष् ut in चक्षुष् p. 32.

आयम्य *intenso* (adducto arcu), praeteriti participium indecl., quod formatur ex praepositione आ ad, radice यम् conj. 1. tendere, sistere, cohibere, continere, restringere, refrenare, et य adjecto. V. प्राप्य p. 34.

चित्रं *variegatum*, pictum, varium, in c. 2. neutr. sing. adjectivum ortum a radice चित्र् conjugationis 10. variis coloribus pingere, cui additum अ.

विद्धं *fissum* c. 2. neutr. sing. participii praet. a radice विध् conj. 6. findere, dividere, regere etc. affixo त participii. Cf. p. 29. et 31.

लक्ष्यं *scopum*, metam, signum, in c. 2. neutr. sing. substantivum, ad quod, quae praecedunt, spectant. Radix ejusdem est लक्ष् conj. 1. et 10. videre, observare, distinguere, designare, य affixo participii futuri, unde लक्ष्य quod conspiciendum est.

पातितं *dejectum*, c. 2. neutr. sing. participii in forma, quae effectionem una denotat, ad लक्ष्यं respicit, derivatum a पत् conj. 1. cadere, movere, in forma effectionis पाति facere, ut quid cadat, i. e. dejicere, cui participii praet. त subnexum est.

वै pro particula ad explendum habetur; hic quidem reddi posset per *sane, vere* etc.

पृथिव्यां *in terra*, c. 7. sing. foem. subst. पृथिवी a r. पृथ् conj. 10. projicere, affixo इवी, vel a r. प्रथ् c. 1. et 10. projicere, celebrare, र् converso in ऋ. In Vaedis terra artificis mundi opus celebre dicitur et insigne.

कृष्णां *Krishńam*, in c. 2. sing. foem. nomen proprium Draupadis i. e. Drupadis filiae, quae postea Pāńdavarum uxor communis facta est. कृष्णः generis masculini et celeberrimae Vishńi metamorphosis nomen est et Ardshunae ac Vjāsae. Radix autem ejusdem कृष् conj. 1. attrahere, allicere, ad se rapere ut magia fascinando animos vel magnete trahendo ferrum; conj. 6. lineas, sulcos ducere arando terram. Radici subjectum est न् more plurium nominum et foeminini आ.

हृतां *captam*, acceptam: c. 2. sing. foem. participii praet. pas.; a r. हृ conj. 1. capere etc. त subnexo.

प्रेक्षतां *inspectantium*, c. 6. m. plur. participii praesentis, a praepos. प्र pro et r. ईक्ष् conj. 1. videre, percipere. Cf. tab. decl. Participium hoc spectat ad nomen, quod sequitur.

सर्व्वराज्ञां *omnium regum*, c. 6. m.plur., subaudi पुर्व्वतः coram, quod construitur cum genitivo; i e. coram inspectantibus omnibus regibus. Nomen istud compositum est ex सर्व्व omnis et राजन् rex. (cf. p. 27, et 25.) . Hoc, quum declinando vocalem ultimam अ modo producat, modo, ut et alias न finale, prorsus omittat, e. c. in राज्ञां, caeterum terminationibus utitur plane communibus.

तदा *tum*, tunc, adverbium ex तद् hoc et दा temporis affixo. V. supra यदा, quod si verteret: Ex illo tempore, quo cognovi etc., तदा interpretans omittere posset.

न *non.*

आशंसे *spero*, desidero; pers. 1. sing. praes. verbi medii, quod ortum ex rad. शंस् conj. 1. quae cum praep. आ ad, spem indicat et desiderium etc., ac declinata literam nasi insertam habet, ut पड् p. 22.

विजयाय *victoriae*(ex victoria), in c. 3. sing. masc. substantivum, quod regitur a verbo praecedente, et derivatur a praep. वि (v. p. 30.), quae conjuncta est cum जय victoria, et cujus radix जि vincere. V. 21. et 26.

संजय *Sanḍshaja!* V. p. 26. sq.

Nīlakaṇṭha ad h. śl. habet: पुलाकन्यायेनपरप्राबल्येनिश्चितेप्राकृतापिबलवतासदृप्रसंगनंकुर्व्वंतिधृतराष्ट्रपुत्रस्तुजयाशाविश्वटकेषुअनेकेषुनिमित्तेषुदृष्टेष्वपितांनजग्रो अहोमोहस्यमाहात्म्यमितिवाणियत ॥ अर्थाद्वारतार्थंचसंगृह्णाति यदाश्रौषंधनुरितिआदिभिःसप्तषष्ट्याश्लोकैः । प्रेक्षतांप्रेक्षमाणानां । तानानादृत्यलक्ष्यंपातितंतथैवदुपदेनप्रतिज्ञातत्वात्। विजयायविजयार्थं । तदातदारभ्यनाशंसे । आशंनकरोमि ॥१०॥ i. e. Qui virtute egregiori demonstrata ac stabilita viraginem sortitus est, eo sane heroe hujus conjunctionem efficiunt. Dhṛitarāshṭrae autem filius, post-

quam caussas spei plurimas, quas vincendi habuerat, abscissas vidisset, eandem non abdicavit; vah! magnum dementiae animum hoc modo exhibens! Auctor vero ex proposito Bhāratī caussam 67. ślokis complectitur, quae incipiunt verbis यदाश्रौषं. Coram inspectantibus; nulla eorum ratione habita: metam dejectam; hoc quidem modo, Drupade agnoscente ac consentiente (quia filiam ea conditione promiserat): victoriae caussa. Tunc, ex hoc tempore inchoando non spero, (in victoria) spem nullam pono. —— In Mahābārati poemate Pāṅḍavarum cum Draupade conjunctio maximi momenti est. In ejusdem loco praecedenti dicitur: समवायेततोराज्ञांकन्यांभर्त्तृस्वयंवरांप्राप्तवानर्जुनः कृष्णांकृत्वाकर्मसुदुष्करं ॥ i. e. Regum in coetu Krishṇam puellam, quum ipsa optione sua maritum deligeret, Ardshuna post res difficillimas egregie gestas assequutus est. Rāmam simili modo Sītam nactum legimus. Cf. Rāmājaṅae I. 54. Idem vero factum eundemve mythum, qui per omnem antiquitatem diffusus videtur, latius patere notum est. De sensu autem Dhritarāshtrae, cujus verba interpretamur, pauca addimus. Ipse, qui, dum hic loquitur, non quidem vincendi omne desiderium, sed spem amiserat, noluit videri fratrum bellum sua culpa fovisse, quod foedum foret. Quare se coecum innoxiumque ductum asserit, nec impedire amplius posse, Sandshajae lamentatur, quae in fatis ipse familiae suae eventura cognoverat. Quae dum recenset singula, totidem Mahābhārati capitum argumenta, victoriae spem evanuisse repetens queritur. Quum vero, cui obsistere nequeat, invitum patientemque se ferre pluries confirmat, ita temperata est ejus oratio, ut non sontis sed fato insuperabili cedentis verba audiamus.

Śloka 11.

यदाश्रौषं *quum* (vel, ex illo tempore quo) *cognoverim.* V. supra p. 42. et 44.

द्वारकायां *in Dvāraka*, c. 7. foem. sing. est nomen urbis, in peninsulae Gudsharatensis parte extrema sitae, quae Kṛishṅae tum maxime sedes erat regia, quum a Dsharasanda rege, Mathura, provinciae Dehli, pulsus fuerat; nunc vero a peregrinantibus religionis caussa frequentatur. In annalibus autem indicis assertum legimus, Kṛishṅae Dvārakam post mortem ejus a mari esse absorptam. Nomen illius derivatur a द्वार porta (ex radice द्वृ conj. 1. inhibere, retinere) affixo क, quo formantur adjectiva nomina pertinendi, respiciendi, referendi, possidendi; subaudi नगरी foem. urbs. Dvāraka etiam अब्धिनगरी oceani urbs nuncupatur.

सुभद्रां *Subhadram* (optimam), in c. 2. sing. nomen proprium ab epitheto composito ex सु valde, bene, etc. (cf. p. 22. 37. etc.), rad. भद् conj. 1. gaudere, laetari, placere (et conj. 10.) felicem esse, ac र, quod ad plurima diversae significationis nomina ex radicibus formanda usurpatur. Hinc सुभद्रा valde placens, jucundissima, admodum felix, maxime pulchra.

प्रसह्य *violenter*, per vim, praevalendo, in declin. ex praepos. प्र pro, prae, rad. सह् conj. 4. valere, posse, ferre, ac ल्यप् affixo. Hinc participium indeclinabile, cui plane respondet, praevalendo. Nīlak. ad h. l. पटू नप्यभिभाव्य bellatores etiam audacter et perite dimicantes superando.

उढां *absportatam*, ablatam, raptam, vel uxorem ductam, casus 2. foem. sing. participii praet., cujus radix est वह् conj. 1. ferre, auferre, transportare; त autem partic. subjecto, quod cum finali ह् pro regula abit

in ऊ, initialis semivocalis व ex more quorundam verborum convertitur in उ vocalem, quae ipsi respondet.

माधवीं *Mādhavim*, in c. 2. foem. sing. patronymicum pro माधववंशजां Mādhavae familia natam. Mādhava autem et Vishńu nominatur a Madho daemone, quem cecidit. V. infra śl. 33. Mādhavī eadem est, quae Subhadra supra, Krishńa soror.

अर्जुनेन *per Ardshunam*, c. 3. sing. masc nominis proprii; (v. p. 21. sq.) a r. ऋजु conj. 1. fortem, constantem esse, movere. उ subjecto eadem fit adject. ऋजु rectum, verum etc., addito autem न, vocalem primam una convertendo, अर्जुन efficitur. Ipse, Pāńdavarum praecipuus, plura gerit nomina, ut पाण्डुनन्दन Pāńdi voluptas, कौन्तेय Kuntis filius, ऐन्द्रि et इन्द्रसुत Indrae natus, कार्णजित् Karnáe victor etc. Cf. śl. sqq. et Haematshandrae Kosham

इन्द्रप्रस्थं *Indraprastham*; in c. 2. masc sing. nomen propr. regionis ac urbis Indrae, compositum ex इन्द्र m. Indra, qui Svargae vel coeli inferioris rex est etc., et प्रस्थ m. et n. regio sublata, elevata, montis planum et latus inclinatum. इन्द्र vero derivatur a r. इद् conj. 1. cum splendore magno apparere, potestatem supremam habere; quae nasi literam admittit, ut पद् (p. 23.); et र affixo (p. 46.): प्रस्थ autem a praep. प्र pro, prae et स्था conj. 1. stare, morari etc., subjecto अ, quo radicis आ eliditur (cf. p. 22. et 29.). Indraprastha cum pro Dehli regione tum pro Méru montis mythici latere accipitur. Cum Indra autem et Ardshuna et Krishńa cognatione dicuntur conjuncti. Nam Vishńu est इन्द्रानुज vel इन्द्रावरज Indrae frater junior. Eidem tamen Svargae regi Ardshuna et Krishna adversantur: q. v. infra ślokis seqq. Nīlakańtha Indraprastham dicit सौहार्दी Sauharddam, i. e. amicitiae regionem, a सुहृद् amicus, dilectus.

वृष्णिवीरौ *duos heroes a Vrishńi oriundos*, in c. 2. masc. dual. vocabulum compositum ex वृष्णि nomine proprio, quod etiam denotat virtutis nobilitatem, fascinationem, inhibitionem, continentiam, a r. वृष् conj. 1. et 10. virtute pollere, cohibere, fascinare, concipere, spargere. Cf. śl. 56. वीर heros, fortis, est a r. वीर् conj. 10. fortem, heroem (virum) esse, addito अ in fine. Nīlak ad h. l. वृष्णिवीरौराम कृष्णौमहत्यपराधेघेनसौहृद्गतौतत्रकास्माकंजयाशेतिभावः i. e. duo heroes a Vrishńi oriundi sunt Rāma (Balarāma, Krishńae frater) et Krishńa; qui magnam laesionem (violationem) commiserunt, propter quod Sauhārddam profecti sunt; hoc quae nostrorum victoriae spes? Hic sensus. Alio Mahābhārati loco, nempe Bhagavadgītae X. 37. Krishńa de se dicit: in Vrishńium stirpe Vāsudaeva sum, in Pāńdavarum Dhanańdshaja, i. e. Ardshuna, वृष्णीनांवासुदेवोऽस्मिपाण्डवानान्धनंजयः।

यातौ *profectos*, c. 2. m. dual. participii praet. a r. या conj. ire, attingere, त subjecto.

तदा *tum* etc. ut p. 44.

*passi.

Śloka 12

यदाश्रौषं *quum cognoverim* etc. ut supra p. 42.

देवराजं *Deorum regem* c. 2. sing. masc. nomen compositum. देव deus, genius, classis inferioris divinitas vel numen, a r. देव conj. 1. ludere, jocari, subnexo , vel a r. दिव conj. 10. petere, desiderare, conj. 1. amore delectari, conj. 4. ludere, mercari, splendere, gaudere, etc., ubi अ addendo इ convertitur in ए. De राज rex v. supra. Deorum vero rex est Indra.

प्रवृष्टं *pluentem*, eum, quum plueret, in c. 2. sing. masc. particip. praet., quod respicit ad accusativum praecedentem. Compositum autem est ex praep. प्र pro, rad. वृष् conj. 1. pluviam fundere, spargere etc. (v. p. 48.) et त subjecto, quod propter radicis ष् mutatur in ट. Nil. प्रवृष्टंवर्षणोप्रवृत्तं pluendo profusum, praeversum.

शरैः *sagittis*, in c. 3. pl. m. a r. शॄ conj. 9. laedere etc. affixo अ.

दिव्यैः *coelestibus*, in c. 3. pl. m. adjectivum, respondens voci praecedenti, et formatum a दिव् foem. coelum (rad. v. p. 48.) addendo य adtributionis.

वारितं *inhibitum*, c. 2. sing. masc. participii praet. in forma effectionis वारि a r. वृ conj. 1. et 10. claudere, tegere, operire, retardare etc., cui त participii subjectum est.

अग्निं *Agnim*, ignis deum, c. 2. m. s. a r. अञ्ज् conj. 10. notare, signare etc. affixo नि, quo ञ् eliditur, vel a r. अग् conj. 1. movere. Uno ex multis Agnis nominibus, धनंजय per quem ex opibus est victoria, etiam Ardshuna nuncupatur. V. infra. śl. 23. De hoc deo (a quo Vaedarum primus nempe Ṛigvaeda sic exorditur: अग्निमीलेपुरोहितं यज्ञस्यदेवम॰ Agnim veneror pontificem maximum, sacrificii deum etc.), id solum hic addimus, quod pro mytho indico cum per inferiora tum per superiora pervadat numina, et sensus replendo itaque vincendo illuminet: unde Kandarpa (sensuum Cupido) radio, qui emissus est ex oculo in fronte Śivae posito, Anaṅga, incorporalis, effectus.

तदा *itaque*, igitur, tunc temporis. Cf. p. 44. et 42.

तर्पितं *satiatum*, placatum, c. 2. s. m. participii praet. a r. तृप् conj. 1. 5. 6. et 10. placare, satisfacere, placere, illuminare, adjecto त.

खांडवे *Khāṅḍava*; in c. 7. s. m. nomen proprium silvae, a r. खड् conj. 1. et 10. frangere; unde inserta nasi litera खाण्ड pars, fragmentum etc. Cf. p. 22.

Śloka 13.

जातुषात् *ab exstructo ex lacca*, resina; c. 5. s. n. adjectivi, quod spectat ad sequens substantivum. Derivatum est a जतु n., quod idem ac लाक्षा lacca, subjecto ष, quo vocalis prima producitur; जतु vero a r. जट् conj. 1. massam, coagulum formare, irretire etc. Nil. लाक्षा मयात् idem.

वेश्मनः *a domo* (domo, quae ex lacca fuit exstructa); c. 5. s. n. a radice विश् conj. 6. intrare, subjecto मन्, quo इ convertitur in ए. Caeterum वेश्मन् in singularis cas. 1. 2. et 8. habet वेश्म, c. 3. वेश्मना et sic porro terminationes eidem adhibentur communes, nisi quod, more plurium generis neutrius nominum, pro c. 1. 2. et 8. in du. formetur वेश्मनी in pl. vero वेश्मानि, ac न् omittatur in du. c. 3—5. et in pl. c. 3—5. et 7. Cf. p. 28. 29. et al.

तान् *hos*; c. 2. pl. m. pronominis तद् (v. tad. decl.), quod hic ut alibi frequenter articuli demonstrativi loco est.

मुक्तान् *liberatos*, elapsos; c. 2. pl. m. participii praet. a r. मुच् conj. 6. liberare, in libertatem vindicare etc. त juncto च् palati abit in क् gutturis. Cf. p. 26.

पार्थान् *Pārthas*, principes, i. e. Pāndavas; c. 2. pl. m. patronym. a पृथा nomine Kunti matris eorum. Ponendo अ in loco आ primae syllabae ऋ mutatur in आ. Cf. p. 40. et al. Radix nominis est पृथ, de quo p. 43. Idem Ardshunae tribuitur cum quadam excellentia śl. 44., alibi vero etiam soli, igni et aquae. V. Medinī Kosham. Cognata eidem sunt nomina पृथु magnus, princeps, पार्थिव qui ex ordine Hindorum secundo militari ac regio est, et alia.

पञ्च *quinque*, numerale indecl. a rad. पञ्च conj. 1. manifestare, patefacere, revelare, explicare, dilucidum facere, maturare, coquere, conj. 10. extendere, diffundere etc. subjecto अ. Cf. p. 21. seq.

कुन्त्या *a Kunti;* in c. 3. s. f. nomen proprium matris Pāṅḍavarum (cf. p. 21.); compositum ex कु et अन्त. कु particula est, qua notatur malum, culpa, nefas, peccatum, vitium, nequitia, deminutio, obstaculum, atque etiam substantivum foem., quod significat terram. अन्त vero finem, limitem, terminum, mortem indicat. In compositione autem अ eliditur; itaque affixo ई efficitur कुन्ती, i. e. ea, per quam est mali finis; praeter alias hujus nominis significationes.

समेतान् *comitatos*, eos quibuscum Kunti consociata est; in c. 2. pl. m. particip. praet. compositum ex praepp. सम् cum, आ ad, apud, et इत a rad. इ conj. 2. ire.

युक्तं *junctum*, c. 2. s. m. participii praet. a r. युज् c. 7. jungere, unire etc. त affigendo ज् palati vertitur in क् gutturis. V. supra.

एषां *eorum*, Pāṅḍavarum, cum iisdem; c. 6. m. pl. pronominis इदम् id. V. tab. decl.

विदुरं *Viduram*, in c. 2. m. s. nomen proprium consiliarii Pāṅḍavarum, ex adjectivo, quod peritum ac sapientem indicat; a r. विद् conj. 2. nosse, conj. 7. investigare etc. et उर subnexo. Hoc et aliis quibusdam radicibus additum nomini tribuit, quod illis denotatur. Accusativus vero hic atque in plurimis hisce ślokis pertinet ad पदाश्रौषं quum cognoverim. Idem fuit Pāṅḍi frater.

स्वार्थसिद्धौ *in re propria perficienda*, ad res proprias bene gerendas; in c. 7. s. f. vox comp. ex स्व proprium (p. 34.), अर्थ m. res, caussa, sensus, opes etc., et सिद्धि f. perfectio, cujus radix est षिध् conj. 1. perficere, perfectum reddere, conj. 4. perfectum fieri etc. De ति affixo abstr. v. p. 29. अर्थ autem est a r. अर्थ् conj. 10. quaerere etc.

Śloka 14

द्रौपदी *Draupadim*, c. 2. s. f. patronymicum filiae Drupadis (v. p. 45.), cujus nomen द्रुपदि derivatur a द्रु m. arbor, quod radicem habet द्रु conj. 1. solvi, liquescere, fluere etc., et a पद् m. et n. pes, vel a पद vestigium, indicium, signum etc., quorum radix est पद् conj. 4. et 10. ire, vadere, conj. 1. stare. Cf. Asiat Res. T. XI. 149. seq. ed. in 8.

रंगमध्ये *in medio campi;* c. 7. s. n. vocis compositae ex रंग m. campus, pugnae campus, locus aciei (रणाक्षिति apud *Medinem*, युद्धः apud *Haematshandram*) a r. रंग् conj. 1. ire, movere etc., et ex मध्य n. medium.

लक्ष्यं *metam*, c. 2. n. s. V. p. 45.

भित्त्वा *findendo*, frangendo; particip. praet. indecl. a r. भिद् conj. 7. findere, dividere frangere.

निर्जितां *expugnatam*, victoria acquisitam c. 2. s. f. participii praet. a praep. निर् ex et r. जि vincere, praevalere. V. p. 21. et al.

शूरान् *fortes*, heroes, c. 2. pl. m. a r. शूर् conj. 10. fortem, strenuum esse, conj. 4. firmiter stare, fixum manere.

पाञ्चालान् *Pāntshālenses*; in c. 2. pl. m. patronymicum et nomen incolarum regionis excultae. पञ्चाल derivatur a पञ्च quinque (v. p. 50.) et अल, quod multis nominibus fingendis inservit.

पाण्डवेयान् *Pāndávas*, c. 2. pl. m. patronym. a पाण्डु affixo एय, quo multa patronymica formantur. Cf. p. 21. 22. et 34. श palati litera sibilans post न inserta propter palati mutam sequentem, ut ष ante cerebri mutam et स ante dentium mutam, si न praecedat.

युक्तान् *junctos*, c. 2. pl. m. particip. a r. युज् V. p. 51. स addi-tum prout paulo ante monuimus.

Nīlak. ad h. l. केवलाअपयस्माकमज्ञेयाः पाण्डवाः किमुत पांचालैरतिशूरैः समेता इतिभावः i. e. unici, meis sane insuperabiles Pāndavae, quid quaeso? ita cum Pāntshālis heroibus consociati? Hic est sensus.

Śloka 15.

मागधानां *Māgadhensium* c. 6. pl. m.; i. e. incolarum Magadhae regionis, quae Baharae meridionalis, vel, ex quo latius patuit, Anugangae nomen accepit. An *Magadha* vox derivanda ab ea *Magus*, itaque a r. मह् (v. p. 22.) vel मघ् conj. 1. tenere, exaltare, aut potius a मुच् (v. p. 50., unde मुक्ति et मोक्ष liberatio, felicitas), ea fusius disquirendi hic non est locus. Cf. As. Res. IX. 32. sqq. VIII. 244. W. Jonesii Opp. T. I. p. 304. sq. ed. Lond. 1799.

वरिष्ठं *principem*, caput, imperatorem; in c. 2. m. s. superlativus adjectivi वर delectus, excellens, destinatus, cui negotium mandatum est, a r. वर् conj. 10. deligere, vel वृ conj. 5. et 9. idem. इष्ठ additur ad superlativa formanda. वरिष्ठ etiam ponitur pro superlativo vocis उरु, quod magnum amplumque denotat.

जरासंधं *Dsharāsandham*, in c. 2. s. m. nomen propr. regis Indiae antiqui ac potentis, qui et fundator imperii Māgadhensis habetur. Compositum est hoc nomen ex जरा f. senecta a r. जॄ conj. 1. 4. 9. et 10. senescere, decidere etc. et संधा f. status, a praep. सम् cum et r. धा conj. 3. tenere, sustinere. Unde fit जरासंध qui in statu senectae est. Fuit hic (ut Madhu p. 47.) unus ex novem Krishnae sive Vishni hostibus, quem ipse cum Balarāma fratre suo unitus tandem

Patalipurae in partes scindi jussit. In Haematsh. III. 363. dicitur मगधेश्वरः Magadhae dominus, et in Trikandae II. 8. 23. वाहे दृढिः in magno curru bellator. Cf. As. Res. T. V. 281. VI. 508. IX. 80. 91. sq.

क्षेत्रमध्ये *in medio campi*, in c. 7. s. n. vox composita ex क्षेत्र campus, corpus etc. a r. क्षि conj. 6. inhabitare etc., quae त्र (v. p. 25.) assumendo इ convertit in ए. Cf. p. 52.

ज्वलन्तं *fulgurantem*, inflammantem, c. 2. s. m. participii praes. a r. ज्वल conj. 1. fulgere, ardere, inflammare etc., cui subjectum est अत्, v. tab. conj. et decl.

दोर्भ्यां *brachiis* (duobus), c. 3. du. m., cujus forma rudis est दोष् brachium, quae nonnisi vocalem augendo ex radice दुष् conj. 4. (p. 23.) formatur; casus vero primus दोः, 2. दोषं, 3. दोषा etc. Sed ष् mutatur in र् ante terminationes, quarum litera prima est भ्.

लुतं *caesum*, c. 2. m. particip. praet. a r. लू conj. 2., cui त affigendo ऊ radicis elidítur. Cf. p. 23.

भीमसेनेन *a Bhīmasaena*, vel simpliciter, a Bhīma; in c. 3. s. m. nomen propr. unius ex Pāndavis (p. 21.), compositum ex भीम n. terror, vel mfn. terrificus, terribilis, quod et Sivae nomen est, a r. भी conj. 3. timere, horrere, addito म, quo multa ex radicibus nomina formantur; et ex सेन, quod et in genere f. सेना exercitum ac copias denotat, et nominibus additum unius virtutem, quae harum potentiae comparatur. Bhīma quidem, Vento patre genitus (मरुत्पुत्त Marutis filius), cum ingens robore tum factis fortibus immanibusque celebratus et Gangae cursum prope Haridvāram direxisse fertur. Nuncupatur quoque नागबल Nāgabala, elephanti robore instructus, वृक lupus, दरः terror, किर्म्मीरजरसन्धहिडिम्बजित victor Kirmīrae rakshasae, Dsharasandhae et Hidimbae. Varia adhuc Indiae septentrionalis loca ab ipso nomen gerunt, ut Bhīmaghora, Bhīmatshulla etc., quin

et colossum Bamianensem Bhīmae imaginem esse Hindi asserunt. Sed et गुणाकार nomen habet, i. e. coqui Pāndávarum fratrum suorum, quando in regno Virātae morabantur. De Ghatótkatsha rākshasa, Bhīmae filio, qui Barbarikae pater dicitur, v. infra śl. 59. Barbarikam autem in Vishńi doctrina secreta initiatum fuisse perhibent. V. Trikāńdaek. II. 8. 15. et Haematshandrae III. 37. Cf. As. Res. T. VI. 458. 508. 136. VI. 465.

गत्वा *profecto*, quam primum ad ipsum accesserat, participium praeteriti indecl. a radice गम् conj. 1. ire, movere. Affixo त्वा radicis म् eliditur.

Nīlak. ad. h. l. ज्वलन्तंभासमानं दोर्भ्यामेवन शस्त्रेण inflammantem, fulgentem, minas jactantem; brachiis solum, absque armis.

Śloka 16.

दिग्जये *regionibus occupatis*, in provinciae formam redactis c. 7. s. m. vocabuli compositi. दिश् f. regio mundi, spatium, provincia etc. in compositione et quibusdam casibus literam sibilantem ultimam mutat in eam gutturis, quae sequenti consentanea est. Radicem habet दिश् conj. 6. monstrare, indicare, signare, abundanter dare. De जय v. p. 21. 26. Ejusmodi compositio frequens, sic रुग्जय morbi depulsio.

पाण्डुपुत्रैः *a Pāndi filiis*, c. 3. pl. m. V. p. 21. sq.

वशीकृतान् *in potestatem redactos*, potestati subjectos; in c. 2. pl. m. participium praet. compositum ex वशी et कृत. वशी forma indeclinabilis ficta est ex वश m. voluntas, arbitrium, potestas a r. वश् conj. 2. velle, optare, desiderare, et अ subjecto. Ejusmodi formae, quae oriuntur mutando ultimam vocum. si sit अ, आ vel इ, in ई, si उ,

in उ, si ऋ, in री, nunquam non copulantur cum verbis अस् esse, भू fieri, कृ facere, ut novum rei vel personae adtributum, statum, proprietatem aut rationem exprimant.

भूमिपालान् *terrarum principes*, custodes, servatores, altores vel etiam bellatores regios, idem ac भूपान् Kshattrios, in c. 2. pl. m. nomen compositum ex भूमि f. terra (item ac भू foem., a r. भू conj. 1. fieri, existere, conj. 10. adipisci, cogitare, meditari, purificare miscere, de quo alibi) et ex पाल a r. पाल् conj. 10. conservare etc. Cognatum भूमि est भूमन् m. (in casu 1. भूमा abundantia, copia) quod a बहु multum derivatur, hoc autem a r. बृह् conj. 1. increscere.

प्रसह्य *praevalendo*, etc. V. p. 46. Nīl. दण्डिनैव नतुभेद दिना acie ad lineam continuam instructa, non autem divisione aliisve modis, qui in libris Hindorum de arte bellica explicantur, e. c. भोगेन columnis, माण्डलेन circulo, असंलूतेन forma falcata etc.).

महाक्रतुं *sacrificium magnum*, in c. 2. s. m. substantivum compositum cum adjectivo suo, quae forma, valde frequens, Karmadhāri vocatur. De महा v. p. 22. sq. क्रतु vero derivatur a r. कृ conj 5. caedere, violare et तु subnexo, quo plurima ex radicibus nomina formantur, quae vid. in Siddhanta Kaumudi p. 191. b.

राजसूयं *Rādshasūjam*. V. supra śl. 6. कृतं factum, a r. कृ conj. 8. facere. Cf. p. 55.

Śloka 17.

अश्रुकण्ठीं *obmutescentem*, ipsam, cui vox singultibus in gutture suppressa, in c. 2. s. f. adjectivum, quod respicit ad Draupadim, compositum ad formam vahuvrīhi ex अश्रु sono expers (a priv. अ et श्रु p. 27. sq.), quod audiri nequit, obmutescens, ac subst. कण्ठ mfn. guttur,

cujus foem. कणठी vel कणठा, radix autem est कण् conj. 1. sonare in primis in adflictatione, ac ठ subjectum. Siddhanta Kaum. p. 192. b.

सभां *in coetum*, c. 2. s. f. V. p. 35. Nam verba movendi aliquo, ut sequens, secundum, loci casum postulant.

नीतां *ductam* in s. f. participii praet. casus 2., qui cum adtributis sequentibus pertinet ad द्रौपदीम् nomen subst., quod regitur a यदाश्रौषं ab initio ślokae. Radix verbi est णी conj. 1. ducere.

दुःखितां *sollicitam*, afflictam, metu mali affectam, malo perturbatam, violentia confusam; in c. 2. s. f. part. pr. compositum ex दुर् male (cf. p. 23.) et खित a r. खे conj. 1. cura affici, affligi, dolere, deplorare.

एकवस्त्रां *una veste indutam*, in c. 2. s. f. adjectivum compositum ex एक unus, numerali, quod et pronominalibus adnumeratur, et वस्त्र n. vestimentum, pannus.

Hoc a वस् conj. 2. tegere, velare, annexo त्र p. 25.; एक autem derivatur ab इ nomine Kāmadēvae et irae, vel ई, quod cum idem significat, tum Lakshmis (quae naturae dea) nomen est, atque etiam cogitationem, perceptionem, conscientiam denotat. इ quippe aut ई (a r. इ conj. 2. ire, vel ई conj. 2. desiderare, ire, pervadere) adtributionis क subjecto ex usu frequenti mutatur in ए.

Cf. Trikandae et Maedinis Koshas.

रजस्वलां *eam, quum in menstruis esset*, in c. 2. s. f. adjectivum a रजस् n. menstrua mulieris, pulvis florum, trium naturae qualitatum (गुना) media, scil. adfectus; cujus radix est रञ्ज् conj. 1. amore adfectum esse, colorare, tingere etc., अस् subjecto. बल vero diversis additur nominibus ad notandam copiam ac plenitatem, quam quis rei alicujus possideat. Derivatur autem a बल् conj. 1. et 10. firmare, roborare, sustinere, nutrire, dare etc.

नाथवतीम् *maritatam*, viro (5. viris) nuptam, in c. 2. s. f. adjectivum, formatum ex नाथ m. maritus, vir, dominus, affixo वत् (m. वान् f. वती n. वत्), quod ad multa nomina possidendi usurpatur. नाथ vero radicem habet नाथ् conj. 1. nobilem, generosum esse, adspirare, secundare, petere, turbare, dolore adficere etc.

अनाथवत् *instar non nuptae*, adverbium, quod resqicit ad नीतां componitur autem ex अनाथ maritum non habens (a privat. अ et नाथ) et ex वत्, quod ad similitudinem exprimendam vocibus affigitur.

Nīlak. ad h. śl. पतिव्रताकोपात् पाण्डवानांक्षोभाच्च नष्टाजयाशेत्यर्थः i. e. Mulieris a maritis suis vindicatae indignatione ac ira Pāṇḍavarumque perturbatione destructa est victoriae spes.

Śloka 18.

वाससां *pannorum* (vestimenti Draupadis), c. 6. pl. n. nominis subst. वासस् pannus, vestis, a r. वस (v. supra), cujus अ, subjiciendo अस्, producitur.

तत्र *ibidem*. V. p. 38. sq.

राशिं *cumulum*, acervum, multum, c. 2. s. mf., a r. राश् conj. 4. sonare, strepitum facere.

समाक्षिपत् *coacervavit*, conjecit, congessit, pers. 3. s. praeteriti, a praepp. सम cum, आ ad, apud et a r. क्षिप् conj. 4. et 6. jacere.

Nīlak: वाससां आक्षिप्य। महिमत्वात् द्रौपद्याः नास्माकं जयः i. e. conjectis vestimentis, propter magnitudinem Draupadis, nulla mecrum. victoria.

कितवः *procax*, protervus, nequam, petulans, c. 1. s. m. nomen compositum ex किम् *quid?* et तव *tui* (c. 6. s. pronominis युष्मद्) i. e. quae tua sponsio? quid deponis? Quaestio lusori temerario

usitata ut nomen ita quaerentis inclinatur. Hinc Nīlakaṅṭhae कितवः est आक्षिकः धूर्त्तः aleator fraudulentus. Verum etiam denotat omnem procacem, dissolutum etc.

मन्दबुद्धिः *infatuatus*, mente turbatus, animi insipientis; in c. 1. s. m. adjectivum compositum ex मन्द stupidus inebriatus etc., quod radicem habet मद् conj. 1. stupidum esse, inebriari etc. (cf. p. 27. et 22.) et ex बुद्धि, de quo vid. p. 29.

दुःशासनः *Duh-śāsana*, c. 1. s. m. nominis proprii, ab epitheto composito ex दुर् (v. p. 23.) et शासन n. imperium, jussum, praeceptum vel imperans (a शास conj. 2. imperare, jubere, regere etc., cui additum अन v. p. 21.). Verbo tenus: qui mali imperii est. De Duh-śāsana cf. śl. 64. et 66.

गतवान *adsequutus*, potitus, qui adtigit, pervenit (ivit); c. 1. s. m. participii praeter. act., quod fictum est ex r. गम् (v. p. 55.), et ad Duh-śāsanam respicit.

न एव च *neque tamen*, et nihilo minus non; tres particulae. V. supra.

अन्तं *finem*, propositum; c. 2. s. m. a r. अत conj. 1. ligare, limitare, claudere, includere etc., quae, dum formatur, more plurium literam nasi adsumit. Cf. p. 22. et al.

Constructio hujus slokae est: Quum cognoverim, qui Duh-śāsana procax ac infatuatus Draupadis vestimenta conjecerit, neque tamen ad finem pervenerit, nulla mihi amplius ex victoria spes.

Śloka 19.

हृतराज्यं *regno privatum*, eum, cui imperium ademtum, c. 2. s. m. adjectivi, quod pertinet ad nomen sequens. Componitur in modum

धृतराष्ट्र, de quo supra p. 25. हृत particip. praet. pass. radicem habet हृ conj. 1. capere, eripere, auferre etc. (cf. p. 43.); राज्य n. regimen, radicem राज et य abstractorum subnexum.

युधिष्ठिरं *Judhishthíram*, c. 2. s. m. nomen proprium, quod notat in pugna firmum, fortem; compositum ex युधि (in casu 7. vocis युध् f. bellum, praelium, a r. युध्; q. v. p. 23.) et स्थिर stabilis, constans, a radice स्था conj. 1. stare, morari etc., cujus आ, ut alias fieri solet, eliditur, subjecto इर adtributionis etc. Integri vocabuli compositio ad tatpurushae quidem classem (p. 21.) pertinet; attamen non formam rudem retinendo, sed admittendo casus 7. terminationem, prout nomina solent, quae in consonantem vel अ desinunt; e. c. अप्सु योनि ex aquis natus, दिविज in coelo genitus. Judhishthira post Karnám (p. 24.) genitus कौन्तेय, Pāndávarum frater natu maximus, fuit धर्मपुत्र filius Dharmae, qui deus est religionis, virtutis, justitiae seu complexionis omnium, quae congruunt, naturae et spiritus legum. Hinc et अजमीढ vocatur, i. e. emissus ab aeterno, अज, qui non natus est. अज autem nomen est Vishni, Sivae, Brahmae, et Kamadaevae. Cf. Trikandae II. 8. 14. Haematsh. III. 371. As. Res. IX. 88. sq.

पराजितं *devictum*, superatum; c. 2. s. m. participii praet., qui spectat ad vocem praec. Componitur ex praep. परा *de—*, *re—* et r. जि. V. p. 21.

सौबलेन *a Saubala*; c. 3. s. m. nominis propr. Sakunis regis Ghāndhārae, patronymicum, a सुबल (ut द्रौपदी p. 52.) formatum, quod componitur ex सु valde etc. (p. 22.) et ex बल fortis, robustus, validus, firmus, a r. बल्. V. p. 57. 24. 37. et infra sl. 68.

अक्षवत्यां *in aleae lusu*, in c. 7. s. f. nomen subst. formatum ex अक्ष alea et वती, quo addito varia nomina generis foeminini finguntur, ut वान masculini et वत neutrius. De hoc lusu v. p. 38.

अन्वागतं *consociatum*, comitantibus eum, vel, quem emigrantem prosequuti sunt; c. 2. s. m. participii praet. pass., qui respicit ad Judhishṭhiram, quem, quia lusu regnum amisserat, in solitudinem secedere, ibique in annos duodecim commorari oportuit. V. śl. 8. Vox est composita ex praepp. अनु post et आ ad, apud, qua posteriori praefixa गम् ire (v. supra) verbum veniendi efficitur. Nīlakaṇṭha illam interpretatur per अनुगतं omittendo आ.

भ्रातृभिः *fratribus*, c. 3. pl. m. nominis भ्रातृ quod deducitur a r. भृ conj. 9. sustinere, nutrire, vituperare, reprehendere etc. et तृ subnexo, quo illius ऋ mutatur in र. Inclinatur vero in casus ut पितृ in tab. decl.

अप्रमेयैः *haud comparandis*, eximiis; in c. 3. pl. m. adjectivum, quod spectat ad substantivum praec. Deducitur autem a privativo अ, praep. प्र prae, ante, et r. मा conj. 2. 3. et 4. mensurare, metiri, cujus participium futuri pass. in य, ut omnium, quae in आ vel in diphthongum desinunt, formatur ponendo ए in locum finalis. Ex dictis प्र et मा componitur प्रमा f. exemplum etc., unde sensus vocabuli illius satis patet.

Śloka 20.

विविधाः *varias*, plures; in c. 2. pl. f. adjectivum, a praep. वि (v. p. 31.), radice विध conj. 6. dividere, separare, et अ subjecto; refertur ad substantivum, quod sequitur.

चेष्टाः *contentiones*, studia, conatus etc. c. 2. pl. f. nomin. subst. a r. चेष्ट् conj. 1. contendere, studere, conari, niti etc., cui additum आ, quo multa foeminini generis nomina finguntur. Nīl. चेष्टाः वाङ्मयी क्षणाट्याः studia, spectacula et alia.

धर्मात्मानां *virtutis spiritu animatorum*, qui religionis spiritu pleni, excitati erant; in c. 6. pl. m. adjectivum compositum ex धर्म m. et n. virtus (v. p. 60.), et आत्मन् m. spiritus. Radix primi est धृ conj. 1. 6. et 10. firmiter tenere, fortem firmumque stare etc., quae म adsumendo ut aliae. – – ऋ convertit in अर्. Hinc धर्म proprie est mensura virtutis, cui excolendae persona quaevis individua per naturam suam par est, et qua, cuivis propria, exercenda ut teneatur atque ligetur oportet. Inde diversae hujus vocabuli significationes deducendae. आत्मन् vero efficitur ex r. अत् conj. 1. perpetuo movere, ligare, cui मन् (p. 50.) affigendo अ producitur. Unde आत्मन् *qui semper se ipsum spirat*; atque hic hujus vocis sensus primitivus est. Quare Deus primus (Kamadaeva, Brahma) आत्मभू nuncupatur, nempe: qui a se ipso sive a spiritu est. Principium autem vitae etiam in quovis animali ac planta ut omnis anima ac mens aut quod *ipsum* स्वं vel personam cujusvis propriam dicimus, आत्मन् est. Cf. Trikaṇḍae I. 1. 113 sq. et al.

प्रस्थितानां *profectorum*, in c. 6. pl. m. partic. praet., a praep. प्र pro, ultro, porro, et a r. ष्ठा conj. 1. stare (p. 47. et 60.), in quo pro त participii इत addito आ eliditur.

वनाय *in deserta*, solitudinem, eremum, in c. 4. s. n. a r. वन् conj. 1. vel 10. calefacere, sonare, servire etc.

ज्येष्ठप्रीत्या *amore in maximum natu*; c. 3. s. f. subst. compositi ex superlativo ज्येष्ठ natu maximus, optimus, a r. ज्या conj. 9. aetate provehi, senescere etc. ac इष्ठ superl. affixo. De reliq. v. p. 32.

क्लिश्यतां *in angustia versantium* c. 6. pl. m. participii praes., quod spectat ad nomen seq. Radix ejusdem est क्लिश् conj. 4. et 9. angustia laborare, dolore angi, molestiam habere. Draupadi vero in primis excitavit maritum suum seniorem, ut rupto pacto ignominioso ante 12 annos exactos deserta relinqueret. Cf. As. Res. X. 430.

Śloka 21.

स्नातकानां *aqua purificatorum*, eorum qui lavando puri, studiis, literis initiati sunt, c. 6. pl. m. adjectivi, a r. स्ना conj. 2. lavando purificare, abluere etc. क subjecto multa adjectiva formantur.

सहस्रैः *millibus*, c. 3. pl. m. vel n. Neutrius enim generis sunt omnes numeri a centum शत et ultra, qui centum excedunt, si कोटिः f. centum millia excipias; masc. simul sunt शत 100, सहस्र 1000 etc.; foem. solum omnes a 20 usque 90. In illo सह est praep. cum, una et सृ radix conj. 1. 3. et 10. movere, extendere, diffundere etc.

अन्वागतं *consociatum*. V. supra p. 61.

धर्मराजं *Dharmarādsham*, justitiae regem, i. e. Judhishthiram (v. supra), c. 2. s. m. epitheti compositi ex धर्म (v. supra) et राजन् (cf. p. 33.), quod in compositione न् finale amittit.

वनस्थं *in desertis commorantem*, in c. 2. s. m. adjectivum compositum ex वन et स्थ, de quibus supra.

भिक्षाभुजां *mendicando viventium*, c. 6. pl. m. adjectivi comp. ex भिक्षा f. mendicatio, beneficium, a r. भिक्ष conj. 1. mendicare, cui आ foem. additum (v. supra), et ex भुज conj. 7. alere, nutrire, sustentare, edere, frui etc. Edens vero sustentans etc. ipsa radice notatur, sine ulla ejusdem mutatione. भिक्षाभुज idem est ac भिक्षु unus ex quarto Brāhmanum ordine religioso, alias संन्यासी dictus, a संन्यस्, quod est काम्यानाङ्कर्मणां न्यासं actionum desiderabilium levatio ac servatio (repositio in uno, interno).

ब्राह्मणानां *Brāhmanum*, in c. 6. pl. m. nomen sapientum, quibus Hindorum ordo primus constituitur. Inclinatum est a ब्रह्मन् n. (in c. 1 ब्रह्मन्) Deus, scientia, veritas, cognitio vera, devotio etc., vel m.

(in c. 1 ब्रह्मा) creator etc., quod derivatur a वृह् conj. 6. laborare, niti, contendere, conj. 1. et 10. sonare, loqui, increscere, magnum esse, lucere etc., cujus ऋ, adjecto मन्, conversum est in अ. In ब्रह्मन् vero subnexo अ, quo tribuitur possessio alicujus, conjunctio, cognatio cum aliquo etc., अ primum producitur. Unde ब्राह्मणः principio significat cum deo cognatum atque conjunctum.

महात्मनां *magnanimorum*, eorum, qui magni animi vel qui spiritu magni sunt; in c. 6. pl. m. adjectivum compos. ex महत् (v. p. 22. sq.) et आत्मन् v. p. 62.

Nīlak. ad h. l. ब्राह्मणानुग्रहादपितेषामेवजयमित्याह॥ यदाश्रौषंस्नातकानामितिद्वाभ्यां॥ स्नातकाः समापितविद्याव्रताः i. e. Brāhmanum quidem comitatu ac favore (societate et auxilio) eorum sane victoriam indicat; unde dicit: quum cognoverim ablutorum etc.; qui vero duplicis generis erant (उभयस्नातकाः). Nam purificatis aqua hic denotantur illi, a quibus absoluta sunt cum spectationis probationisque tempus, (व्रतस्नातकाः) tum literarum vaedicarum studia (विद्यास्नातकाः).

Śloka 22.

देवदेवं *Deorum deum*, in c. 2. s. m. Śivae nomen compositum. V. p. 48.

किरातरूपं *in Kirātae speciem transformatum*, c. 2. s. m. adjectivi compositi ex किरात nomine gentis barbarae pastorum venatorumque, qui in montibus Indiae septentrionalis prope Kailāsam degere dicuntur, et रूप n. forma, habitus, species, figura, pulchritudo, vel adject. mfn. similis a r. रूप् conj. 10. formare, figurare pulchriorem reddere etc. किरात vero, quod etiam pumilionem, pygmaeum

(अल्पतनु) denotat, derivatur a r. कृ conj. 6. dissipare, dispergere, disjicere etc. vel conj. 9. violare, laedere, subjecto अत qui vadit etc., a r. अत् q. v. supra. किरातरूप etiam significare potest Kirātam pulchrum, formosum. किराती vero et पार्व्वती Śivae uxor et गंगा vocantur. Ardshuna autem non ante severas religionis exercitationes peractas et ante superatum in pugna Śivam Kirātam ab hoc telum contra Durjodhanam accepit. Argumentum hoc operis est indici singularis किरातार्जुनीय, cujus auctor भारवी, quodque in praestantissimis Hindorum poematibus numeratur. Typis editum fuit primo Kalkuttae 1814 cum मल्लिनाथ commentario. Cf. Maedin. I. As. Res. III. 319. sqq. VIII. 337. sqq. X. 408. sq.

त्र्यम्बकं *tribus oculis instructum*, in c. 2. m. s. epitheton Śivae, qui tertium in fronte oculum habet, compos. ex त्रि tres et अंबक n. oculus (Trikand. II. 6. 30., ubi oculus etiam dicitur दैवदीप lampas divina) ab अंब conj. 1. movere etc., cui subjectum adtributorum क.

तोष्यं *eum* (Ardshunam), *quum* (Śivam) *delectando parem se praestaret*; in c. 2. s. m. participii fut. pass. forma, quae crebro et alios admittit significatus, e. c. alicujus paris, capacis, habilis, apti, compotis etc.; hic vero et activi vim habet, a r. तुष conj. 4. delectare, delectari, gaudere. Vel: Śivam delectandum, dantem Pāśupatum.

युद्धे *in pugna*; c. 7. s. n. participii praeteriti, quod frequenter substantivi locum tenet. Cf. p. 23. 29. et 31.

अवाप्तवन्तं *adeptum*, consequutum, participii praet. indefin. act., a praep. अव ab, deorsum, ultro etc. et r. आप conj. 1. et 10. acquirere, conj. 5. occupare, possidere. Vox haec spectat ad Ardshunam.

पाशुपतं *Pāśupatum*, c. 2. s. n. telum, armorum genus, a Śiva sic dictum. Nam पशुपति (a पशु m. animal quodvis, equus etc., ac पति m. dominus) animalium dominus, hujus dei nomen est, qui et

Kuberae dominus, cujus servi capita habent equina. Ejusmodi derivatorum inclinatio frequenter fit addito in fine अ, quo eliditur vocalis ultima, ea vero primae syllabae producitur. पशु radicem habet पश् conj. 1. et 10. ligare, cohibere, vincire, tangere, ire, cui affixum est उ; पति autem r. पत् conj. 1. 4. et 10. nobilem, opulentum esse, movere etc. Cf. Rāmājanae II. 43. 5. Accusativus hic regitur a participio praeced.

महास्त्र *telum magnum*, potens, c. 2. s. n. subst. compos. ex महत् (v. p. 22.) et अस्त्र telum, armorum omne genus, a r. अस् conj. 4. jacere, jactare, torquere, mittere etc., addito त्र instrumenti. Cf. p. 25. Vocabulum hoc fictum ad formam frequentem, quae, quum adjectivum cum substantivo suo conjungit, Karmadhāra dicitur, praecedentis est adpositio. Cf. p. 56.

Ślokae huic plures accusativi difficultatem aliquam adferre videntur. Sensus est: Quum cognoverim Ardshunam Pasúpato, telo, potitum, quippe qui in pugna par esset delectando deorum deum, tribus oculis instructum, dum in Kirātae habitu appareret; etc. Ardshuna plura a diis arma contra Durjodhanam accepit, in quibus a Śiva unum, alterum ab Indra. Armorum ejusmodi coelestium denumerationem satis longam v. in Rāmājanae I. 26. Nīlakaṇṭha ad h. l. habet चतुर्भिः अर्जुनस्यामानुषीशक्तिं दर्शिता quatuor (ślokis a 22. usque 25.) Ardshunae potentia vires humanas excedens demonstratur. Cf. p. 47. 49. In Haematshandrae III. 372. sqq. Ardshunae sexdecim nomina occurrunt in Trikaṇḍae II. 8. 16. alia adhuc tria, inter quae शब्दभेदी sonum dividens.

Si *avāp* in sensu dandi sumatur, cum duobus accusativis constructum refertur ad Śivam.

Śloka 23.

त्रिदिवस्थं *in coelo commorantem*; in c. 2. s. m. adjectivum, quod spectat ad vocem seq., compositum ex त्रिदिव n. coelum et स्थ stans, morans etc. a r. स्था ut supra. In त्रिदिव vero conjuncta sunt त्रि tres et दिव coelum, a दिव् v. p. 48. Trinum Hindis est coelum ut Deus trinus.

धनंजयं *Dhanaṇdshajam* i. e. Ardshunam, c. 2. s. m. nominis propr., quod epithetum compositum est ex धन n. substantia, res, opes (a r. धन् conj. 2. proferre fruges, frumentum, orizam, conj. 1. sonare) et जि, (v. p. 22. et 26.), quod in compositione nasi literam inseri postulat, ut quaedam aliae radices, de quibus v. Siddhanta Kaumudi 180. b. Cf. supra p. 49.

शक्रात *a Śakra*, c. 5. s. m. nominis Indrae, a r. शक् conj. 5. esse parem, aptum, capacem, conj. 4. ferre, conj. 1. timere, dubitare; cui र subjectum, quo multa ex radicibus nomina finguntur, quae v. in Siddh. Kaum. 194. a.

साक्षात *coram*, in coram, ab ipso, ante oculos, in conspectu; adverbium compositum ex स, pro सह, cum, in cujus loco in compositione plerumque ponitur, et अक्ष n. sensuum organum, oculus etc. subjecto आत signo casus 5. sing., quo et indeclinabilia formantur.

दिव्यमस्त्रं *telum coeleste*, cf. p. 49. et 66. Hujus teli nomen est गांडिव, unde Ardshuna गांडीवी dictus. Cf. śl. 40. et 55. infra.

यथावत *quatenus*, quantum, quoad; adverbium compos. ex यथा (a यद् quod, et था v. p. 24.) ac वत, quo fiunt similitudinis rationisque indeclinabilia. Cf. p. 25.

अधीयानं *accipientem*, (vernacule, *überkommend*), discentem; c. 2. s. m. partic. praes. verbi medii; a praep. अधि super, sursum, et r. इ conj. 2. ire, quae alias, si cum अधि copulatur, hujus praepositionis ई producto, vim habet studendi, discendi etc.

शंसितं *celebratum*, c. 2. s. m. participii praet. a r. शंस conj. 1. celebrare, praedicare, laudare, dicere etc. Nīl. प्रशस्यं praedicandum.

सत्यसंधं *veritati conjunctum*; in c. 2. s. m. adjectivum compos. ex सत्य n. veritas, verum, prima mundi aetas (a सत् quod est, verum, rectum, sapiens, etc., addito य abstractorum), et संधि f. unio, junctio, vel संधा f. promissio, fides (a सं cum et धा conj. 3. tenere, servare). Nīl. अवितथप्रतिज्ञं eum, qui fidem non fallit.

Śloka 24.

कालकेयाः *Kālakaejae* (gigantum genus), c. 1. pl. m. patronymici a कालका matre Daitjarum, sive Titanum, quod derivatur a काल tempus, Śiva, Jama, mors, nigrum etc., hoc autem a r. कल conj. 1. numerare, ratiocinari, computare conj. 10. etiam jactare. क subjecto efficiuntur verba pertinendi, respiciendi, continendi; patronymica vero एय addito generis plerumque foeminini verbis in अ, इ, उ, vel in easdem literas productas, quae vero omnes eliduntur. Cf. p. 52. Ob praedicentis sensum in hoc śloka, neglecto constructionis nexu, nominativus positus est pro accusativo, quare et demonstrationis ते additum.

ततः *exinde*, deinde, itaque, tum etc. Cf. p. 40.

ते *hi*, pronom. तद्. Cf. p. 50.

पौलोमानः *Paulomānae*, c. 1. pl. m. a patronymico पुलोमन्, qui hoc nomen gessit a matre पुलोमा sive शची, Indrae uxore.

वरदानात् *eximio munere*, dono favoris prospero, in c. 5. s. n. substantivum compos. ex वर m. favor, gratia, mn. destinatio, electio, adducendi facultas, mfn. v. p. 53. et दान n. donum, munus, a r. दा conj. 1. et 3. dare vel a r. दान् conj. 1. dare.

दृप्ताः *gavisi*, c. 1. pl. m. participii praet., quod spectat ad nominativum praeced., a r. दृप् conj. 4. gaudere, superbire, conj. 1. et 10. lucere.

देवैः *diis*, c. 3. pl. m. V. p. 48.

अजेयाः *non vincendi*, invicti, insuperabiles, c. 1. pl. m. a privativo अ et participio fut. pass. verbi जि vincere. Cf. p. 21. 61. et 65.

निर्जिताः *expugnati*, c. 1. pl. m. Cf. p. 52.

Śloka 25.

असुराणां *Asurarum*, deorum infernorum, c. 6. pl. m. a r. अस् conj. 4. jactare (cf. p. 66.), conj. 2. esse, conj. 1. lucere, capere, et उर subnnexo, qno multa nomina efficiuntur; vel ab अ privativo et सुराः dii superi, cujus radix est सुर् conj. 6. magnificum, splendidum esse, lucere; vel a सु (p. 22.) addito र. Asuri, qui deorum infernorum primum constituunt ordinem, sunt filii Ditis (दितिसुताः vel दैत्याः), ipsi dii priores पुर्व्वदेवाः, superorum sive Surarum hostes सुरद्विषः, Śukrae vel Kavis discipuli शुक्रशिष्याः etc., et दानवाः dicuntur a दनु matris nomine, ac primi numerantur inter deos infernos, quibus Śiva praeest, in quibus sunt नागाः serpentes, तडितः fulgura, वह्नयः ignes, देवयोनयः Deorum origines, तनिताः extensi, diffusi, aestum patientes, कुमारान्ताः a juvene rege caesi, vel, quibus a regis filio mors. कुमारः vero cum quadam excellentia nuncupatur कार्त्तिकेयः Śivae filius, alias, in sermone

theatrali, regis filius juvenis, qui regni haeres est, aut successor destinatus et socius imperii.

वधार्थं (Asuras) *caedendi caussa*, subigendi consilio, in c. 7. s. m. vox composita ex वध superatio etc. a r. वध conj 1. caedere, concidere et अर्थ m. caussa, finis, propositum, consilium, sensus, petitio, res, etc. a r. अर्थ् conj. 10. petere, quaerere etc.

किरीटिनं *Kirítinem*; i. e. cristatum in c. 2. s. m. epithetum Ardshunae, a किरीट mn. crista, apex, insigne diademati vel tiarae impositum, et इन् adtributionis affixo. किरीट autem derivatur a कॄ conj. 6., spargere (e. c. margaritas, gemmas, flores), dispergere, et कीट a r. कीट् conj. 10. ligare, pingere etc. किरीट Ardshunae cum Agni communis erat.

यान्तं *euntem*, profectum; c. 2. s. m. participii praes. activi a r. या conj. 2. ire, consequi.

अमित्रकर्शनं *inimicos conterentem*, c. 2. s. m. adjectivi compositi ex अमित्र hostis et कर्शन conterens, obtritus, a r. कृश conj. 4. conterere, comminuere. deminuere, extenuare, अन subjecto (p. 23). अमित्र vero deducitur a privativo अ et मित्र n. amicus, socius, m. sol, a r. मिद् conj. 1. ex amore voluptatem capere, intelligere, caedere, sacrificare etc., cui त्र subjectum. Cf. p. 25.

कृतार्थं *eum, quum propositum adsequutus esset* (a quo propositum peractum est), c. 2. s. m. adjectivi compos. ex particip. praet. pass. कृत factum, peractum, a r. कृ, et ex अर्थ, de quo supra. Cf. p. 25.

च अपि *atque etiam*, adeo, quoque.

आगतं *reversum*, c. 2. s. m. participii praet. a praep. आ ad, qua radici गम् conj. 1. ire veniendi sensus tribuitur.

शक्रलोकात् *ex Jndrae mundo*, in c. 5. s. m. substantivum compositum ex शक्र Indrae nomine (v. supra) et लोक m. mundus, a r.

लोक् conj. 1. videre, adspicere, conj. 10. lucere, fulgere, loqui etc. vel a r. लोच् ejusdem significationis. Mundus Indrae est coelum inferius.

Śloka 26.

वैश्रवणेन *cum Vaiśravaṇa*, in c. 3. s. m. patronymicum Kubaerae, a patre ejus विश्रवस् Muni celebri, cujus vocalis prima conversa augetur, dum अ in fine additur. Munis nomen vero denotat celebratum, et derivatur a praep. वि, quae indicat distinctionem, diffusionem etc. (q. v. supra), et श्रवस् n. auditus, auris, a r. श्रु (v. p. 22.), cui अस् subnexum. Casus autem tertius regitur a praepositione seq. सार्द्धं. Vaiśravaṇa saepius nuncupatur कुबेर, qui abscondita movet, occulta urget (alias कुवेर deformis); गुह्यकेश्वर deorum occultantium dominus (Śiva est गुह्यगुरु arcanorum doctor et filius Śivae, Karttikaeja गुह celans); त्र्यम्बकसख Śivae amicus, vel ईशसखि idem; मनुष्यधर्म a quo hominibus Dharma (cf. p. 62.); पुण्यजनेश्वर gentium purarum dominus; यक्षराज Jaksharum (daemonum) rex; किन्नरेश dominus Kinnararum i. e. musicorum historicorumque coelestium (किन्नर idem ac किम्पुरुष qualis homo?); नरवाहन cujus vehiculum est homo; इष्टावसु a quo desiderii copia; धनाधिप vel धनेश्वर opum, substantiarum divitiarumque dominus; श्रीद copiam et prosperitatem impertiens; धनद opes tribuens etc. Haud raro conjungitur cum Śiva et Śrī abundantiae et prosperitatis dea, quibuscum, inferior tamen illis, in कैलास montis Maeru regione septentrionali, (ipse in अलका urbe magnifica, in पुष्पक throno floribus ornato) sedem habet. Sic Rāmāj. I. 1. 37. sq. श्रीमद्भिस्तैस्त्रिभिः सार्द्धं चित्रकूटोरात्मसः अधिष्ठितोयथाभेरुः श्रीवैश्रवणाशुः

कैः i. e. Tshitrakūta mons his tribus (Rāma, Lakshmaṇa et Sīta) resplenduit, ut Maeru, qua sedes Śaṅkarae (i. e. Śivae), Vaiśravaṇae et Śrī. Ipse est उत्तरदेशपति mundi regionis septentrionalis dominus, et frater regis Sailanensis, qui Rakshasarum (generis gigantum) imperator fertur. Adhuc cum Durga colitur. Sed alibi plura hac de re, quamque rationem ad Kubaeram Kabiri Samothracii habere possint.

सार्द्धं *cum*, a स (pro सह) cum, अर्द्ध pars, dimidium, et म casus secundi affixo; quo multa indeclinabilia efficiuntur. अर्द्ध radicem habet ऋध conj. 4. et 5. increscere.

समागतं *comitatum, consociatum*, c. 2. s. m. participii praet. a praepp. सम cum, आ ad et r. गम. Cf. p. 61. etc.

भीमं *Bhīmam*, c. 2. s. m. nominis proprii. V. p. 54.

अन्यान् च पार्थान *aliosque Pārthas*, i. e. Pāṇḍavas, c. 2. pl. m. Cf. p. 50. et 52.

तस्मिन्देशे *in regione* c. 7. s. m. a pron. तद्, quod et hic articuli demonstr. loco est (v. p. 50.), et r. दिश p. 55.

मानुषाणां *hominum*, c. 6. pl. m. patronym. a मनु Manu, qui, Brahmae filius hominumque progenitor, primam his legem scripsit (radix ejusdem est मन् p. 23. unde et मनस् mens), et ष subjecto, quo vocalis prima augetur.

अगम्ये *inaccessa*, in ea, quae aditui non patet, c. 7. s. m. respicit ad देशे, a priv. अ. r. गम् ire et य partic. futuri. V. p. 55. et 65.

Śloka 27.

घोषयात्रागतानां *in Ghoshajātram profectorum*, in c. 6. pl. m. adject. compos. ex घोषयात्रा pastorum regio (?) et आगत.

Kuravarum peregrinatio, quam religionis servandae ac demonstrandae virtutis caussa susceperunt. Cf. p. 61.

बन्धं *captivitatem*, vincula, c. 2. s. m. a r. बध् conj. 9. et 10. ligare, vincire, cui अ subjectum.

गांधर्ब्बैः *Gāndharbis* (qui Dhārttarāshtras coeperunt), in c. 3. pl. m. nomen propr. compos. ex गन्ध (v. p. 37. sq.) et अर्ब् conj. 1. ire, violare. Gāndharbae dicuntur semidei, qui, Kubaerae servorum instar, equinis instructi capitibus, in mundo Indrae musici sunt coelestes; verum etiam verbi divini investigatores, manes quoque; quin et sol hoc nomine compellatur. De Gāndharbarum gente cf. As. Res. VIII. 369. sqq. The seven towns of the Gandharvas full of men and women. This is a peculiar tribe of the Gandharvas, called *Agnejas*, fire men, or rather artificers by fire, very strong and of mighty deeds. They are the servants of the Cuveras or Guhjas, whose principal employment is to explore the bowels of the earth in search of wealth. Ib. 373.

मोक्षणं *liberationem* (ab Ardshuno cum Pāndavis effectam), c. 2. s. n. a r. मोक्ष conj. 1. et 10. liberare, vindicare, jactare etc., cui additum अन. Cf, p. 23.

स्वेषां सुतानां *filiorum propriorum* (meorum), c. 6. pl. m. V. p. 31.

कर्णबुद्धौ (*in*) *Karnae sapientia*, c. 7. s. f. vocabuli compositi. Cf. p. 24. et 29.

रतानां *confisorum*, gavisorum, c. 6. pl. m. particip. praet. a r. रम conj. 1. ludere, jocari, quiescere etc.

Nīl. ad h. śl. habet: वल्कलधरेभ्यः पाण्डवेभ्यः॥ स्वैश्वर्यंप्रकाशयितुम्वत्सांकनव्याजेनघोषयात्रागतानांधार्त्तराष्ट्राणांयैर्मत्सुताबद्धाः तेषामपिजेतृन्नमत्सुता

जेतुं शक्ता इत्यर्थः i. e. a Pāṅḍavis, qui animalium pellibus induti erant; ut sub bestiarum habitu suam in Dhārttarāshtras, Ghoshajātram profectos potestatem superiores ostenderent. Victores, adeo horum (Gandharbarum), quibus filii mei ligati sunt, vincendo filii mei impares. — (Arbor. cortice, ut Ramaj. II. LVII. 11. sq. LXV. 37. — ?).

Śloka 28.

यक्षरूपेण *in Jakshae forma*, in c. 3. s. n. subst. compositum ex यक्ष et रूप. V. p. 64. यक्ष nomen semideorum, quorum Kubaera rex est, यक्षराज, et ipse Jaksha dictus, derivatur a यक्ष् conj. 10. colere, adorare, venerari, servire; cui affigendo अ efficitur यक्ष serviens (deo superiori Mahādaevae).

धर्म्मं *Dharmam*, c. 2. s. m. nomen propr. Jamae, qui mortis infernorumque rex atque judex manium et Judhishṭhirae pater est. Cf. p. 60. et 62.

समागतं *comitatum*, c. 2. s. m. particip. praet., quod respicit ad nomen praec. Cf. p. 72. 61. et 51.

धर्मराजेनसूतं *justitiae regis filium*, i. e. Judhishṭhiram in c. 2. s. m. vocabulum, quod in tatpurusha ex tribus aliis ad exprimendum determinati nominis sensum ita compositum est, ut praeter ultimum etiam secundum sit inclinatum, quo fit exceptio a regula formam vocum praecedentium rudem postulante. De धर्म v. p. 62., de राजन p. 33. 25. et 63. Dharmarādsha vero idem est ac Dharma. सूत autem filius, natus, derivatur a षू producere etc., de quo v. p. 22. et 33.

प्रश्नान् *quaestiones*, c. 2. pl. m. a r. प्रच्छ् conj. 6. interrogare, scire velle etc., cujus छ्, dum ei न subjicitur, convertitur in श्.

कांश्चित् *quascunque*, certas; c. 2. pl. m. a pronomine किम् quis? (in c. 1. m. कः ut सः etc. pronominis तद्, q. v. in tab.) et चित् subnexo, quo pronomini किं omnibusque ejusdem formis sensus plerumque tribuitur infinitus. De litera श् inserta v. supra.

विब्रुवाणां *exponentem*, solventem, respondentem, dilucidantem, c. 2. s. m. particip. praes. medii a r. ब्रू conj. 2. loqui, cum praepos. वि, qua distinctio, separatio etc. denotatur.

सम्यक् *perspicue*, plane, perfecte, omnino; adverb. compos. ex praep. सम् cum, quae ante r. अंच् conj. 1. et 10. perspicue loqui, adorare, movere etc., adsumta इ fit समि. सम्यंच् vero in neutrius casu 1. et 2. habet सम्यक्; casus autem secundus crebro adverbiorum locum tenet.

Sensus est: quum cognoverim, qui Dharma speciem Jakshae indutus Judhishthiram comitaretur, et certas quaestiones plane explicaret, etc. Nīl. addit धर्मानुग्रहादपितेषामेवजय इत्याह A Dharmae favore eorum (Pāndavarum) sane victoria.

Śloka 29.

न विदुः (quod) *non scirent*, nescirent, pers. 3. pl. praeteriti remot. activi, quod in hoc verbo cum praesentis significatione usurpatur a r. विद् conj. 2. scire, putare etc. Hic śloka ejusdem constructionis est ac decimus octavus.

मामकाः *mei* (i. e. Dhārttarāshtrae) c. 1. pl. m. pronominis possessivi, quod formatum est ex casu 6. (मम) pronom. अस्मद् ego et क possidendi affixo, quo vocalis prima producitur. Vernacule: Die meinigen.

तानप्रच्छन्नरूपान् *hos transformatos*, forma aliena celatos, c. 2. pl. m., cum pronomine sive articulo demonstrativo तान् (cf. p. 50.) adjectivum compositum in vahubrīhi (ut धृतराष्ट्र p. 25.) ex प्रच्छन्न dissimulatos et रूप forma, species etc. प्रच्छन्न participium praet. indef. pass. derivatur a praep. प्र pro, prae, et r. छद् conj. 1. et 10. tegere, occultare etc.

वसतः *commorantes* c. 2. pl. m. particip. praes. act. verbi वस् conj. 1. et 10. morari, manere, habitare, incolere etc.

विराटराष्ट्रे *in Virātae regno*, Indiae septentrionalis parte montana (विराटराष्ट्रेगोग्रहे), in c. 7. s. n. vox composita ex विराट nomine proprio et राष्ट्र (v. p. 25.). विराट idem ac मत्स्य राजा, de quo infra, derivatur a praep. वि et r. रट् conj. 1. et 10. loqui.

सह *cum*, praep., quae regit casum 3. seq.

कृष्णया *Krishṅa*, in c. 3. s. f. nomen proprium, quod v. p. 43

तान् *eosdem*, hos, c. 2. pl. m. pronominis.

Nīl. ad h. sl. कृष्णयाद्रौपद्या।वेदनेपुनर्द्वादशवर्षाणि वनवासस्त्रयोदशप्रच्छन्नचर्यैति प्रतिज्ञानात् cum Krishṅa, i. e. cum Draupadi. In opinione (Dhārttarāshṭrarum, pro eo, quod intellexerunt,) adhuc duodecim anni mansionis in silva tredecim, in quibus eorum vitae ratio (चर्या vernacule Wandel, observantia) occulta. Ita ex conventione cum Pāṅḍavis.

Śloka 30.

मामकानांवरिष्ठान् *meorum imperatores, principes.* V. p. 75. et 53.

धनंजयेनैकरथेन *ab Ardshuna, quum uno belli curru instructus esset*, c. 3. s. m. धनंजय v. p. 67. एकरथः qui uno belli curru instructus est, adjectivum compos. ex एक unus et रथ m. belli currus, a r. रम् conj. 1. ludere, quiescere, vel रण् conj. 1. ire, cum थ subjecto, quo ultima nasi litera eliditur. एकरथेन etiam ut substantivum in karmadhāra compositum accipi potest et verti: cum uno belli curru.

भग्नान् *fractos*, in c. 2. pl. m. participium praet. pass. a r. भञ्ज् conj. 7. frangere, contundere, comminuere etc. Subjecto autem न, ut crebro fit, pro त, palati litera mutatur in respondentem gutturis et ea nasi eliditur.

वसता महात्मना *a commorante magnanimo* c. 3. s. m. Cf. p. 76. et 64.

Śloka 31.

सत्कृतां *vere perfectam*, eximiam, numeris omnibus absolutam, in c. 2. s. f. adjectivum compos. ex सत् quod est (particip. praes. verbi अस् esse), verum eximium, excellens, etc. et ex particip. कृत. V. p. 37. 56. et 68.

मत्स्यराज्ञासुतां *Matsjarādshae filiam*, per Mats. genitam, in c. 2. s. f. adject. compos. ex मत्स्यराज्ञा et participio praet. सुत natus (q. p. 74. 31. 22.), in foem. सुता nata. मत्स्यराज्ञा in casu 3. pro forma rudi, ut p. 74. componitur ex मत्स्य m. piscis (a r. मद्, q. v. p. 59.) et राजन्, q. v. p. 33. 25. 44. 63. etc.

दत्तां *datam*, in c. 2. s. f. participium praet. pass. a r. दा conj. 3. et 1. dare.

उत्तरां *Uttaram*, in c. 2. s. f. nomen proprium, quod Virātae filia gessit. उत्तरः (in foem. उत्तरा) superior, altus, septentrio, excellens, optimus, Virātae filius etc., derivatur a praep. उत supra et तर transiens, perficiens, etc. a r. तॄ conj. 1. trajicere, tranare, transmeare, perficere, absolvere, cui अ subjiciendo ऋ vertitur in अर.

अर्जुनाय *Ardshunae*, c. 4. s. m. तां च eamque c. 2. s. f. अर्जुनः *Ardshuna*, c. 1.

प्रत्यगृह्णात् *accepit*, p. 3. s. praet., a praep. प्रति erga, contra, pro, re—, et a r. ग्रह् conj. 9. capere, accipere. Cf. tab. conjug.

सुतार्थे *pro filio*, filii caussa, c. 7. s. m. V. p. 70. etc.

Sensus est: quum cognoverim, Uttaram, eximiam Matsjarādshae filiam, Ardshunae datam (esse), quam et Ardshuna pro filio suo accepit etc.

Nīl. ad h. l. मत्स्यराज्ञाविराटेनसमासातत्रैधेरनित्यत्वात् i. e. propter formae mutationem, in qua (occulti) cum Virāta, Matsjarādsha, conjuncti erant, etc.

Sloka 32.

निर्जितस्य *devicti*, casus 6. s. m., qui, cum tribus sequentibus conveniens, ad युधिष्ठिरं spectat. Cf. p. 52. 21. etc.

अधनस्य *opibus privati*, adject. compos. ex priv. अ et धन V. p. 67.

प्रव्राजितस्य *expulsi*, in exsilium ejecti, particip. praet. pass. verbi, in forma effectionis, व्राजि, a r. व्रज conj. 10. relinquere, deserere etc., cum praep. प्र pro, prae etc.

स्वजनात् *patria*, gente propria, c. 5. s. m. vox compos. ex स्व

(p. 31.) et जन persona, gens, a r. जन् conj. 3. generare, producere, cui अ subjectum.

प्रचुतस्य *colligentis*, ipsius, qui paravit, a quo conflatum est, in c. 6. s. m. participium praet. verbi compos. ex praep. प्र et r. चु conj. 1. movere etc.

अक्षौहिणीः *Akshauhines*, in c. 2. pl. f. vocabulum, in quo conjunguntur अक्ष m. rota, vehiculum etc. (a r. अक्ष् conj. 1. colligere, occupare) et ऊहिनी f. collectio, a r. ऊह् conj. 1. perquirere etc. (unde व्यूह m. exercitus), cui additum adtributionis इन्, in foem. इनि. Akshauhini, quae exercitum integrum constituit, 109350 peditum, 65610 equitum, 21870 curruum et 21870 elephantum copiis efficitur.

सप्त *septem*, indecl. a r. सप् conj. 1. connectere, penitus intelligere, addito त participii praet. Cf. infra śl. 49. et 77.

युधिष्ठिरस्य *Judhishthirae*, c. 6. s. V. p. 60.

Nīl. ad h. śl. निर्जितत्वादिनाऽत्यंतपराभूतस्यापि सप्ताक्षौहिणीसम्पत्तेर्दैवानुकूल्यात्तेषामजय्यत्वं दृढमित्यर्थः i. e. Ex comparatione septem Akshauhinum, quas (Judhishthira), quippe praeter modum omnino devictus, ob superationem hanc quaeque exinde consequuta sunt, fatis obtemperando (दैवानुकूल्यात् ordinationi divinae morem gerendo) collegit, aucta est (Pāndavarum) vis invicta (conditio insuperabilis). Hic est sensus.

Śloka 33.

माधवं *Mādhavam*, i. e. Madhi victorem, in c. 2. s. m. epitheton Vishni sive Krishnae, quo nominatur a मधु daemone, quem cecidit. Cf. p. 47.

वासुदेवं *Vāsudaevam*, in c. 2. s. m. Krishnae patronymicum a patre ejus वसुदेव, qui filius fuit Anakadundubhae. वसुदेव autem significat deum Vasavarum, qui, octo numero, deorum superorum ordinem constituunt, quem terra वसुधा, वसुन्धरा sustinet ac fovet, unde ipsi et Vasumatis nomen est. वसु vero, quod denotat et Vasavarum unum et ignem, lucis radium, substantiam, aurum, gemmam, thesaurum etc., derivatur a r. वस् conj. 10. desiderare, caedere, habitare, occidere, conj. 2. tegere, etc. Vasavae praesunt sideri धनिष्ठा i. e. delphino, in quo quum sol et luna ad septentrionem se vertunt, temporis ratio incipit, qua Vaedae utuntur.

सर्वात्मना *Universi spiritu*, c. 3. s. m. subst. compos. ex सर्व omne, universum, totum et आत्मन् spiritus (p. 62.).

पाण्डवार्थे *Pāndavarum caussa*, in re Pāndavarum, c. 7. s. m. vocis compos. ut p. 70. etc.

निविष्टं *penetratum*, intus pervasum, c. 2. s. m. participii praet. pass. a praep. नि in et r. विश् conj. 6. intrare etc. Addito त radicis श् mutatur in ष्, unde त ipsum in ट. Cf. p. 34. 25. et al.

यस्य *cujus*, spiritus, c. 6. s. m. pronominis यद् qui, in casu 1. यः; et sic porro ut सः declinatur. V. tab. decl.

इन्द्राद्यविक्रमं *potentiam Indrae et reliquorum, quibus Indra praeest, deorum*, in c. 2. s. m. subst, in tatpurusha compositum ex इन्द्र Indra (p. 47.), आद्य mfn. prior, primus, initialis, principalis, et विक्रम m. potestas, vis magna, fortitudo, a praep. वि dis— et r. क्रम् conj. 1. et 4. gradi, progredi, ingredi. इन्द्राद्याः compositum in dvandva (p. 35.), exemplum praebet formulae valde frequentis, ubi in loco membrorum nominandorum ponitur vox principalis cum subnexo vocabulo आद्य vel, quod idem est, आदि, per quod, ut per *etc.* reliqui enumerationis articuli denotantur, quos ex orationis con-

textusque sensu suppleri oportet. Sic नमोब्रह्मादिभ्यः honos omnibus diis, quorum primus est Brahma, vel, adoratio Brahmae et reliquis. आदि m. vero deducitur a r. दा dare et praep. आ ad, apud, quae दा radici addita, accipiendi sensum tribuit. इ autem subjecto radices दा et धा, praepositioni conjunctae, आ amittunt.

विक्रमं एकं *potentiam unicam*, c. 2. s. m. एक unus, solus, eximius, principalis, diversus, alius etc. Cf. p. 57.

आहुः *dicunt*, p. 3. pl. praes. a verbo defectivo आह्, quod cum praeteriti remot. terminationibus in tertiis personis et dualis ac pluralis secundis, ubi solum usurpatur, praesentis significationem habet.

Pro यस्येन्द्राय्या in codicibus mss. etiam legitur यस्येमांगां; quin et Nīlakaṇṭha utramque lectionem explicat: इमांगां पृथ्वीं॥यस्यैकंविक्रमंपदमात्रमाहुः।यस्येंद्राय्या इति पाठेविक्रममप्यक्रममेकमसाधारणं i. e. hanc bovem Prithvim (v. p. 43. गौ etiam notat Sarasvatim deam matrem etc.). — Cujus unam potentiam loci (vestigii) momentum dicunt. Si vero legatur: Superorum, quorum princeps Indra etc., tunc: potentiam, hostes superandi vim unam (unicam), singularem (ajunt).

Notandum hic, Indram regem esse in sensuum coelo (इन्द्र etiam vim vitalem significat, et इन्द्रिय sensum, semen), Vishṇum vero उपेन्द्र dici, i. e. eum, qui post Indram natus est.

Śloka 34.

नरनारायणौ *Naram et Nārājanam*, in c. 2. du. m. vocabulum in dvandva (p. 35. compositum ex duobus nominibus, नर m. homo, humanitas, genus humanum, spiritus dei, et नारायण, quod Vishṇi epitheton. नर derivatur a नृ conj. 1. et 9. ducere, regere,

cui subjecto अ ex ऋ fit अर्; नारायण vero a नर et आयन adveniens, pervadens, adventus etc.; hoc autem a praep. आ, quae verbo eundi इ conj. 2. veniendi sensum tribuit, et अन (p. 23.). Adsumto आयन vocalis prima in नर producitur. Eodem vero आयन et patronymica, in gradu plerumque secundo, formantur. Unde नारायण etiam hominis filium denotat. Sed aliam hujus nominis derivationem praebet Mani Dharmasāstr. I. 10., ubi नारः aquae dicuntur, quas परमात्मन् qua Brahma primum produxit et habitavit, ac आयनं sedes, commoratio, locus, ubi quis versatur, motus etc.; unde नारायणः is, cui sedes in aquis, motus super aquas, in aquis versatus etc. V. infra. In *Hitopadaesá* (p. 66. ed. Lond.) नारायणः dicitur सृष्टिस्थितिप्रलयहेतुः auctor creationis, perseverantiae, et interitus. Cf. infra śl. 63.

तौ कृष्णार्जुनौ *ipsos* (hos) *Krishńam et Ardshunam*, c. 2. du. m. तौ pronomen est pro articulo demonstr., ut p. 50. Vox seq. componitur in dvandva (v. p. 35.) ex कृष्ण (v. p. 43.) et अर्जुन (p. 47.).

वदतः *dicentis*, indicantis, in c. 6. s. m. particip. praes. act. a r. वद् conj. 1. dicere, loqui, declarare, adserere. Subaudi मुखात् ab ore.

नारदस्य *Nāradae*, in c. 6. s. m. nomen propr. Munis ac Rishis, qui poemate (purāńa) singulari celebratur, quemque Brahmae et Sarasvatis (सरस्वात्याः) prolem dicunt atque ex septem rerum creatarum dominis ac progenitoribus unum, eximium etiam astronomum, musicumque, qui वीणाम् citharae genus invenit, oratorem quoque et legislatorem, heroem insuper deorumque nuntium ac Krishńae amicum etc. Derivatur a नार, ut supra, et दः (in compositione) qui dat, a r. दा.

अहं दृष्ट्वा *ego, quum viderim,* अहं v. p. 32. 27. etc., दृष्ट्वा p. 34.

ब्रह्मलोके *in Brahmae mundo,* in c. 7. s. m. vox composita ex ब्रह्मन् (v. p. 63. sq.) et लोक (p. 70. sq.), qua indicatur coelum superius.

च सम्यक् *vere perspicue,* adverb. (v. p. 75.) vel unite, in uno motu.

Sensus est: Quum cognoverim, Naram et Nārājanam ipsos (eosdem esse) Krishńam et Ardshunam ex ore Nāradae adserentis: quin ego eosdem perspicue vidi in Brahmae mundo.

Śloka 35.

लोकहिताय *pro mundi* (hominum) *salute,* in c. 4. s. n. nomen compos. ex लोक (p. 70. sq.) et हित conservatum, conservatio, salus etc., quod deducitur a r. धा conj. 3. tenere, sustinere, fovere, etc., cujus partic. praet. pass. est हित. De hujus vero participii usu v. p. 23.

कृष्णं शमार्थिनं *Krishńam pacis cupidum,* pacificatorem, c. 2. s. m. Adjectivum componitur ex शम m. pax, quies (a r. शम् conj. 4. quiescere, ad tranquillitatem pervenire etc. conj. 1. placare, tranquillum reddere etc.) et अर्थिन् cupidus, avidus, petens (ab अर्थ p. 70. et इन् subnexo).

उप यातं *eum, qui adiit* (accessisse), in c. 2. s. m. particip. praet. a praep. उप prope, ad, apud, juxta etc. et यात a r. या conj. 2. ire, obtinere.

कुरूणां *Kuravarum,* c. 6. pl. m. pro c. 2. कुरून् (ad) Kuravas, qui etiam regitur a praep. उप. कुरवः sunt Kuri, Hindorum regis

posteri, alias et hic inprimis Dharttarāshtrae solum (cf. p. 25.), licet et Pāndavis ab eodem ortis. Regnum illius situm erat in India septentrionali, qua ad occidentem vergit, et Kuravarum campus कुरुक्षेत्र, sive immensa camporum spatia, ubi proelium commiserunt cum Pāndavis, prope Thanasaram ac Hastinapuram urbes, in provincia Dehliensi, sub meridiana Hindorum linea. Ibidem adhuc plurima loca Hindis sacra. Kuru vero, qua una ex principalibus mundi partibus, Mahādvīpis (insulis magnis), aut unus ex novem Varshis, regionem mundi maxime septentrionalem constituit. Derivatur autem कुरु a r. कुर् conj. 6. sonare, cui उ subnexum, vel a कृ conj. 6. disjicere, conj. 9. violare etc., ubi उ addito et radicis ऋ mutatur in उ.

शमंकुर्वाणां *pacem conciliantem*, eum, ut pacem faceret; शम v. supra. कुर्वाणं est in c. 2. s. m. participium praes. medii, a r. कृ conj. 8. facere.

अकृतार्थं *propositum non adsequutum*, proposito non peracto, quin ad propositum sibi finem pervenire potuerit, in c. 2. s. m. adjectivum in vahubrīhi compos. ex privativo अ, कृत participio praet. et अर्थ. Ad verbum अकृतार्थः is, a quo non factum est propositum.

यातं *profectum*, decedentem, c. 2. s. m. particip. praet. a r. या q. v. supra.

Sloka 36.

कर्णदुर्योधनाभ्यां *a Karna et Durjodhana*, in c. 3. du. m. vox composita ex कर्ण (p. 24.) et दुर्योधन (p. 23.).

बुद्धिं कृतां *rationem* (viam) *initam*, consilium initum, excogitationem factam, in c. 2. s. f. V. p. 29. et al.

निग्रहे *in comprehensione*, inclusione, inhibitione, c. 7. s. m. subst. a praep. नि in et r. ग्रह्. V. p. 78.

केशवस्य *Kaesávae*, in c. 6. s. m. epitheton Krishnae, a केश m. caesaries, et addito व, quo nomina possidendi finguntur. Idem vocabulum vero etiam derivatur a nominibus क Brahmae ईश Śivae et व Vishńi, qui trinitatem त्रिमूर्तिं i. e. triplicem spiritus divini formationem sive trinas formas constituunt. Cf. As. Res. XI. 126. sq. क denotat, praeter Brahmam, animam, solem, ventum, caput, aquam, gaudium etc. a r. कम् conj. 1. desiderare, amoris auctorem esse etc.; ईश praeter Śivam dominum etc. a r. ईश् conj. 2. potentem, nobilem esse etc. et व qui movet, a r. वा conj. 2. movere, flare, caedere, conj. 10. servire, felicitatem consequi etc., cui dum अ additur, eliditur आ.

तं च आत्मानं बहुधा *eumque se* (spiritum) *multiformiter*, multimode. Cf. p. 62. बहुधा derivatur a बहु multum, (hoc a बंह् conj. 1. increscere, addito उ) et धा quod subnexum vocabulis, quibus numerus indicatur, distributionis adverbia fingit. Nīl. ad h. बहुधावैश्वरूपेण multimode, sub universi forma.

दर्शयानं *monstrantem* (ostendisse) c. 2. s. m. particip. praes. verbi medii in forma effectionis, a r. दृश् conj. 1. videre.

Sensus est: Quum cognoverim, a Karńa et Durjodhana initum consilium, Kaesávam comprehendendi, et hunc se ipsum (spiritum) multiformiter (sub universi specie) ostendisse.

Śloka 37.

वासुदेवेप्रयाते *Vāsudaeva discedente*, c. 7. s. m., quum Vāsudaeva proficisceretur. प्रयात est partic. praet., quod hic et alias saepe pro praesenti usurpatur, a praep. प्र et r. या. V. supra.

रथस्य *belli currus*, c. 6. s. m. V. p. 77. Casus 6. regitur ab अग्रतस् infra.

एकां *solam*, unam, c. 2. s. f. Cf. p. 57. et 81.

अग्रतस् *a fronte*, in antica parte etc., adverb. derivatum ab अग्र n. frons, pars antica, culmen, extremitas (etiam adjective mfn. principalis etc.). et तस् adverbiorum subjecto. Cf. p. 40. अग्रतस् construitur cum c. 6., ut omnia adverbia, quae situm, positionem, directionem, unius rei ad alteram indicant, si terminantur affixis आ, एन, रि, अस्, तस्, तात.

तिष्ठमानां *stantem*, c. 2. s. f. particip. praes. medii verbi a r. ष्ठा conj. 1. stare, morari, quae ante terminationes praesentis, praet., conjunctivi indef. et imperativi convertitur in तिष्ठ.

अर्त्तां *adflictam* c. 2. s. f. particip. praet. a r. अर्द् conj. 1. dolore adficere, cui त additum, observata orthoepiae regula.

पृथां *Pritham*, in c. 2. s. f. nomen propr. Kuntis, Pāndavarum matris, unde Pāndu dictus माद्रीपृथापतिः Madris et Prithae maritus (Trik. Saeshae II. 8. 13.). Vishnu qua terrae maritus dicitur पृथु, unde पृथ्वी terra nominatur. Cf. p. 50. 43.

सांत्वितां *recreatam*, tranquillatam, solatio fruentem, c. 2. s. f. particip. praet. a r. षान्त्व conj. 10. solatium praebere etc.

केशवेन *a Kaesava*, c. 3. s. m. V. p. 85.

Sloka 38.

मन्त्रिणां *consiliarium*, Vāsudaevam, in c. 2. s. m. adject. a r. मन्त्र conj. 10. consiliari, arcano loqui, inserta न (p. 22.) et subnexo इन् (p. 70.).

भीष्मं *Bhīshmam*, in c. 2. s. m. herois indici nomen propr., quod *terribilem* significat. Derivatur a r. भी conj. 3. timere, terreri, in forma effectionis भीषि terrere, cui adjectum est म eliso इ. Bhīshma fuit filius Gaṅgae (inde dictus गांगेयः, गंगजः etc. ut Karttikaeja) ac Santani, cui et Vitshitravīrja, Pāṅ́di pater, filius fuit. Eidem adhuc Maghae mensis die octava aquae libantur.

शांतनवं *Śāṇtani filium*, in c. 2. s. m. patronymicum Bhīshmae a शंतनु. V. supra.

भारद्वाजं *Bhāradvādsham*, in c. 2. s. m. nomen propr. Munis.

आशिषः *prosperitatis precationes*, c. 2. pl. f. substantivi आशिस्, quod deducitur a praep. आ, ad et r. शास् conj. 1. et 2., quae cum आ conjuncta vocalem suam convertit in इ.

अनुब्रुवाणां *pronuntiantem*, c. 2. s. m. particip. praes. medii, a r. ब्रू p. 26. et praep. अनु post, secundum, cum, sequendo etc. Hoc participium respicit cum ad Bhāradvādsham tum ad Bhīshmam, qui precationes pronuntiarunt, et cum duobus accusativis construitur.

Śloka hic sic reddi potest: Quum cognoverim, eorum (Pāṅ́davarum) consiliario, Vāsudaevae, etiam (adeo) et a Bhīshma, Santani filio, et a Bhāradvādsha prosperitatis precationes esse factas (pronuntiatas); etc.

Śloka 39.

यदा कर्णः भीष्मं उवाच वाक्यं *Quum Karna ad Bhīshmam verba diceret.* यदा v. p. 42., वाक्यं p. 26. उवाच pers. 3. s. praet. remot, *dixit.* quod cum duobus accusativis conjungitur, deductum est a r. वच् conj. 1. et 2. dicere, loqui, quae in praet. rem. cum

literam duplicatam tum, ante vocalem, radicis व convertit in उ. Idem valet de radicibus वद् loqui, वस् morari etc., वप् texere etc., वह् ferre etc., वश् velle etc.

न अहं योत्स्ये *non ego dimicabo* pers. 1. s. futuri indef. medii a r. युध् p. 23. ध् radicis ante स् terminationum affixarum mutatur in त्.

युध्यमाने त्वयि *dimicante te* c. 7. s. m. युध्यमान est particip. praes. medii. Cf. p. 21. In aliis cod. mss. est जीवमाने त्वयि *te vivente.*

हित्वा *derelinquens,* derelicto, particip. praet. indecl. a r. हा conj. 3. derelinquere, आ per anomaliam converso in इ.

सेनां *exercitum,* c. 2. s. f. Cf. p. 54.

अपचक्राम *decessit,* pers. 3. s. praet. rem. activi, a praep. अप sub, de—, etc. et r. क्रम् p. 80. च अपि *quin etiam.*

Integer ergo śloka hic est: Quum Karṅa ad Bhīshmam verba diceret: Non dimicabo ego te dimicante (vivente), quin et exercitum derelinquens decederet; etc.

Nīl. ad h. l. sic: स्वपूर्व्यकलहोपिपराजयावहइत्या हयदाकर्णाइति quin ob propriam injuriam pugnando victoriam deseruit. Unde dictum: Quum Karṅa etc.

Śloka 40.

वासुदेवार्जुनौ तौ *utrumque hunc Vāsudaevam et Ardshunam,* c. 2. du. m. Cf. p. 80. 47. et 50.

तथा धनुः *eodem modo* (praeterea) arcum. तथा v. p. 24., धनुः c. 2. s. n. p. 42.

गांडिवं *Gāndívam*, in c. 2. s. mn. nomen proprium arcus celebris (de quo v. p. 67.) derivatum a गांडि vel गांडी, quo et arcus praestantia, et quod corporis partem, in primis genas, adficit, notatur. Radix nominis est गाड् conj. 1. esse partem corporis, genam etc., unde गाड m. gena. व autem voci subjecto relatio conjunctione rei cum alia exprimitur.

अप्रमेयं *eximium*, c. 2. s. n., quod refertur ad धनुः. V. p. 61.

त्रीणि उग्रवीर्याणि *tres potentias acres*, vehementes, fortes, c. 2. pl. neutr. Vocabulum ultimum in Karmadhāra compositum est ex उग्र mfn. acer, acerbus, iracundus, m. Śiva, n. ira (a r. उच् conj. 4. convenire, conjungi, quae इ adsumto palati literam mutat in eam gutturis,) et ex वीर्य्य n. robur, fortitudo, splendor, animal etc. a वीर fortis, hero etc. (hujus radix est वीर् conj. 10. esse fortem) et य abstractorum affixo.

समागतानि *consociatas*, particip., quod spectat ad vocem praeced. V. p. 72. 74.

Śloka 41.

कश्मलेन *stupore*, animi deliquio, in c. 3. s. m. subst. a r. कश conj. violare, laedere, etc., ac मल subjecto, sive ab अल, ante quod म inseritur. Nil. hanc vocem interpretatur मोहेन mentis perturbatione etc. a r. मुह्. V. p. 33.

अभिपतं *attacto*, correpto, perculso; in c. 7. s. m. particip. praet. pass., quod spectat ad Ardshunam, a praep. अभि coram etc. et r. पत् conj. 1. ligare, cohibere, arcere, cessare. त participii addito त् eliditur.

रथोपस्थे *instante in belli curru*, c. 7. s. m. adjectivi in vahubrīhi compositi, ex रथ (p. 77.) et उपस्थ instans, a praep. उप cum, prope etc. et r. ष्ठा.

सीदमाने *sidente*, in c. 7. s. m. particip. praes. medii a r. षद् conj. 1. vel 6. sidere, considere, cedere etc., quae inclinata mutatur in सीद्.

शरीरे *in corpore*, c. 7. s. n. subst. a r. शॄ conj. 9. laedere, deficere, labi, decrescere etc. et इर subnexo, quo nomina possidendi formantur. ×

I. e.: Quum cognoverim Krishnam Ardshunae, dum hic in belli curru stans, animi deliquio correptus, consideret, mundos in corpore monstrantem etc. ×Vel potius a षष sex, ut alibi.

Sloka 42.

भीष्मं अमित्रकर्शनं *Bhīshmam inimicos conterentem*, c. 2. s. m. V. p. 87. et 70.

निघ्नन्तं *concidentem*, in c. 2. s. m. particip. praes. activi, quod respicit ad Bhishmam, et derivatur a praep. नि in etc. et r. हन् conj. 2. caedere, occidere etc. in pers. 3. pl. praes. घ्नन्ति caedunt, unde participium praes. formatum.

आजौ *in praelio*, c. 7. s. f. substantivi आजि a praep. आ ad, apud etc. et r. अज conj. 1. ire, movere, jactare, vituperare etc., cui इ subjectum.

अयुतं *decem millia*, (दशसहस्राणि) c. 2. s. n. a priv. अ et युत, cujus radix यु conj. 2. jungere, miscere, separare etc. रथानां *belli curruum*, v. supra.

न एषां कश्चित् वध्यते *nec eorum aliquis caeditur*. Cf. p. 75. 70. etc.

ख्यातरूपः *nominis claritatem consequutus,* qui celebratus, genere aut factis clarus, inclytus armis esset, in c. 1. s. m. adjectivum in Vahubrīhi compositum (v. p. 25.) ex ख्यात particip. praet. pass. a r. ख्या conj. 2. loqui, describere, celebrare etc. et रूपः, q. v. p. 64. 74. et 76.

I. e.: Quum cognoverim, a Bhīshma, hostes conterente, decem millia in praelio concidi, quin tamen inter eos aliquis caedatur nominis claritate florens. —— Eadem constructionis ratio saepius occurrit, e. c. śl. 29. 31. 43. etc., ubi res futura nunc tempore praesenti nunc praeterito enuntiatur.

Śloka 43.

आपगेयेन *a Gangae filio,* Bhīshma, in c. 3. s. m. patronymicum ab आपगा f. qua aquae movent, i. e. Ganga. Haec autem vox derivatur ab आपस् n. aquae (cui r. est आप conj. 5. occupare, possidere etc. et अस् affixum) ac ग, qui movet, it, in foem. गा, a गम् conj. 1. ire. एय nominibus adjecto, quo आ eliditur, patronymica formantur. V. p. 52. Cf. p. 87.

संख्ये *in proelio,* c. 7. s. n. subst. a praep. सं cum et r. खै conj. 1. violare, laedere, fodere etc. (an ख्या conj. 2. ?). Eadem voce et numeri indicantur.

स्वयं *ab ipso,* ipsius (v. p. 36.). मृत्युं mortem c. 2. s. mn. a r. मृ conj. 6. mori, e vita excedere, et यु affixo insertaque त. Cf. मन्यु p. 31. sq.

विहितं *designatam,* praestitutam (mortem) in c. 2. s. n. partic. praet. pass., quod respicit ad vocem praec. Derivatur a वि dis—et हित a r. धा conj. 3. tenere etc. Cf. p. 83. Nil. प्रकाशितं declaratam.

धार्मिकेण *justo*, bono, probo, in c. 3. s. m. adjectivum, quod spectat ad Gangae filium, a धर्म (cf. p. 62.) et इक, quo ad possessiva formanda nominibus subjecto horum vocalis prima producitur.

तद् च *idque*, मृत्युप्रापकं द्वारं eamque mortis (prolatae) consequendae rationem. Nil.

अकार्षुः *perfecerunt*, pers. 3. pl. praet. remot. a r. कृ facere. Nil. कृतवंतः facientes.

प्रहृष्टाः *laetati*, laeti, in c. 1. pl. m. participium praet. spectans ad Pāndavas a praep. प्र prae, pro et हृष्ट a r. हृष् conj. 4. laetari, gaudere.

I. e.: Quum cognoverim, a justo Gangae filio in pugna sui ipsius mortem praestitutam, eamque a Pāndavis laetis effectam; etc.

Śloka 44.

अत्यंतशूरं *summe fortem*, heroem fortissimum, c. 2. s. m. Bhīshmae epitheton compositum ex अत्यंत mfn. infinitus, multus, extremus, summus (a praep. अति supra, ultra et अन्त finis, limes, mors etc., cui radix est अत conj. 1. ligare, claudere, (इ cf. p. 22.) अ subnexo ac शूर, v. p. 52.

हत *caesum*, vulneratum, in c. 2. s. m. particip. praet. pass., quod respicit ad Bhīshmam, a r. हन्, q. v. p. 54. 90. पार्थेन *ab Ardshuna* v. p. 50.

आह्वेषु *provocationibus in pugnam*, in imperiis bellicis, in proeliis, c. 7. pl. m. substantivi, quod deductum a praep. आ ad, apud et r. ह्वे conj. 1. provocare in pugna, lacessere, vel, ut aliis placet, a हु conj. 3. sacrificare immolare, dare, devorare.

अप्रधृष्यं *invictum*, insuperabilem c. 2. s. m. particip. fut. pass. a priv. अ, praep. प्र pro, prae et r. धृष् conj. 1. et 10. superare, impatientem esse, conj. 5. esse audacem, impavidum, conj. 10. vim ligare, potentiam vincire, neutrius partis seu medium quem facere Cf. p. 65.

शिखंडिनं *Śikhaṇḍem*, in c. 2. s. m. nomen proprium, quod significat cristatum. Derivatur autem a शिखंड crista, hoc vero a शिखा f. (a r. शि conj. 5. acuere?) lucis radius, flamma, pavonis crista, crista ex capillis facta vel cirrus in capitis tonsi vertice relictus, ramus; unde शिखिन् cristatus nomen est ignis, pavonis, galli, sagittae, arboris etc., Karttikaejae autem शिखिवाहनः pavone vectus, Agnis vero शिखावत्. Cf. p. 70.

पुरतस् *coram*, ob oculos, adverb. a पुर्, quod radicem habet पुर् conj. 6. praecedere, anteire etc., et cui additum तस्. Cf. p. 40.

स्थापयित्वा *dum statueret*, Śikhaṇḍe coram statuto, particip. praet. indecl. a r. स्था in forma effectionis स्थापि, ut दापि facere, ut detur, a दा dare; ज्ञापि notum facere a ज्ञा nosse; आपि ab इ ire; लापि a ली liquescere; अर्पि a ऋ ire, etc.

I. e.: Quum cognoverim, Bhīshmam, heroem fortissimum, in pugna provocando ac imperando invictum, superatum ab Ardshuna, dum Śikhaṇḍem coram eo sisteret; etc. — Ut ratio, ubique fere mythica, hic notetur, id solum addendum: et Agnem (ignis deum, Dhanaṇdshajam) Hindis esse कृपीट योनि aquae originem et Bhīshmae, a Gaṅga nati, ab Ardshuna (Dhanaṇshaja cf. p. 49. 67.) devicti, sitim ab eodem aqua extingui.

Śloka 45.

शरतल्पे *in sagittarum lecto*, c. 7. s. mn. subst. compos. ex शर m. sagitta (a शॄ conj. 9. violare, laedere) et तल्प mn. lectus a तल् conj. 1. vel 10. fundare, stabilire (unde तल fundus, solum), et प conservans.

शयानं *cubantem*, in c. 2. s. m. particip. praes. medii a r. शी conj. 2. cubare, quiescere, dormire.

वृद्धं वीरं *senem heroem*, in c. 2. s. m. V. p. 31. et 89.

सादितं *depressum*, demersum, submersum, in c. 2. s. m. particip. praet. pass. a r. षद् (p. 90.) sidere, mergi, in forma effectionis सादि submergere etc.

चित्रपुंखैः *variis sagittis* (infixis, vulneribus); c. 3. pl. m. subst. compos. ex चित्र varius (p. 42.) et पुंख sagittae pars pinnata.

सोमकान् *Somae posteros*, lunae progeniem in c. 2. pl. m. patronymicum a सोम Luna, cujus radix est षु conj. 5. movere, commovere, agitare. excitare, succum florum subjecto igne elicere, exprimere, liquorem educere (cf. p. 22.). Affixo म radicis उ conversum producitur. क vero nomina pertinendi etc. finguntur.

अल्पशेषान् *paucos reliquos*, restantes, in c. 2. pl. m. adjectivum compositum ex अल्प mfn. paucus parvus, et शेष mn. reliquum, residuum. Cf. p. 31.

I. e.: Quum cognoverim Bhīshmam, heroem senem, postquam ex Somae posteris paucos reliquerat, sagittarum lecto cubantem, depressum, multis quippe sagittis confixum; etc.

Śloka 46.

शान्तनवे शयाने पानीयार्थे *Śāntanava* (Bhīshma) *jacente, aquae sitiente*, c. 7. s. m. Cf. p. 87. 94. पानीय n. aqua, mfn. bibendum, potabile quid vel aptum potui, est particip. fut. pass. a r. पा conj. 1. bibere et अनीय subjecto. V. p. 65.

नोदितेन अर्जुनेन *ab Ardshuna* arcessito, adducto; c. 3. s. m. नोदित particip. praet. pass. a r. णुद् conj. 6. mittere, in forma effectionis. I. e. ab Ardshuna, ad quem, ut veniret, missum fuerat.

भूमिं *terram* etc., c. 2. s. f. Cf. p. 56. 52. 49. 38. sq.

I. e.: Quum cognoverim, Bhīshmae, dum, aquae sitiens, jaceret, satisfactum ab Ardshuna, qui, arcessitus, terram idcirco fiderat; etc. Nīlakaṅtha hujus rei momentum in eo ponit, quod terrae fissio factum sit naturae modum excedens, अलौकिकंकर्म. (opus supramundanum).

Śloka 47.

वायुः *Vāhu*, in c. 1. s. m. nomen propr. aeris ventique dei, a r. वा conj. 2. movere, flare, conj. 10. servire, felicitatem acquirere, cui उ subnexum. Cf. p. 31. sq.

चन्द्रसूर्य्यौ *Tshandra et Sūrja*, in c. 1. du. m. nomen in dvandvae forma compositum ex चन्द्र m. Lunae deus (etiam aqua, aurum, camphora, a r. चद् conj. 1. lucere, splendere, laetari, hilarem esse, quaerere, (इ), unde et चन्द luna; hic vero eidem affixum est र) et ex सूर्य्य m. solis deus, a r. सुर् conj. 6. esse illustrem, gloriosum, lucere etc., cui य adjiciendo उ producitur. Cf. p. 69.

तौ युक्तौ (quum) *etiam juncti* (essent), c. 1. du. m. V. p. 51. 53.
कौन्तेयानां *Pāṅdavarum*, in c. 2. pl. m. patronymicum a Kunti Pāṅdavarum matre. Cf. p. 51. 21.
अनुलोमजयाय *consociatorum* (congruentium et rerum et amicorum) *victoriae*, in c. 4. s. m. vocabulum compos. अनुलोमन् quod secundum pilorum directionem est, unde congruens, rationi alterius consentaneum, concors; derivatur a praep. अनु post, secundum, et लोमन् pilus, crinis; hoc vero a r. लू conj. 9. abscindere, amputare, ac मन् subjecto. Cf. p. 26.

Vel potius legendum अनुलोमाः, quod respicit ad nominativos praecedentes; ubi sensus est: Quum et Vāju atque Sūrja et Tshandra ambo conjuncti Pāṅdavarum victoriae faventes etc. Cui etiam consentaneum est, quod Nīlakaṅtha addit: वायोरानुलोम्यं दक्षिणापृष्टवाहित्वंचन्द्रसूर्य्ययोर्लाभस्थानस्थात्वेन। शक्रसूर्य्यौवितिपाठेशक्रस्यानुकूल्यंपरेषांसैन्येशनिपातादि i. e. Vāji concordia in dextris et a tergo (ex meridie et occasu) auxilium ferendo (flando); quae per Tshandram et Sūrjam occupatae, stationum obtenta possessione. Si vero legatur: Śakra et Sūrja (Indra et sol); Śakrae favor in hostium exercitum fulmina jactando etc. adparet.

नित्यं *perpetuo*, semper, a praep. नि in ac त्य adjecto. Casus 2. neutr. sing. hic, ut solet, in adverbii loco ponitur.

अस्मान् *nostros*. V. अहं pronom. in tab. decl.

श्वापदाः *adgressiones ferinae*, bestiarum rapacium, in c. 1. pl. f. subst. compos. ex श्वन् m. (in c. 1. श्वा) canis, et आपद् f. impetus, calamitas, fortuna adversa, a praep. आ ad et r. पद् conj. 4. et 10. movere, ire. In uno codd. mss. legitur श्वादयः i. e. canes cum aliis bestiis; quam lectionem et Nīlakaṅtha explicat per श्वापदाश्वा

कपिक्रोष्ट्रापदः ab adgressione canibus, simiis et thoibus (Schakalis) facta. Cf. p. 80. sq.

भीषयन्ति *terrent* (terreant), pers. 3. pl. praes. a r. भी in forma effectionis भीषि. V. p. 87.

Alias śvāpada etiam omnis bestia rapax.

Śloka 48.

द्रोणः *Drona*, in c. 1. s. m. nomen propr. a r. द्रा conj. 6. ire, inclinare, caedere, quae अ adsumto उ convertit in ओ. Drona alibi etiam dicitur Ātshārja, ut śl. 61., i. e. magister, doctor, quo quippe et Pāndavae et Kuravae rei militaris praeceptore usi sunt; porro nuncupatur Kīrtibhādsh i. e. nominis famam consequutus etc. Ipse est Pater Aśvatthāmnae, de quo śl. 73.

विविधान अस्त्रमार्गान् *varios armis decertandi modos*; c. 2. pl. m. V. p. 61. अस्त्र n. telum v. p. 66. मार्ग via, ratio etc. est a r. मार्ग conj. 1. et 10. movere, quaerere, venari.

निर्दर्शयन् *demonstrans*, evolvens, exhibens, c. 1. s. m. particip. praes. a praep. निर् ex et r. दृश. V. p. 34. sq.

समरे *in proelio*, c. 7. s. m. a praep. सम् cum et r. ऋ conj. 3. movere, 5. laedere, 1. consequi, attingere, cui अ subjectum, quo ऋ mutatur in अर्. Vel a स (= सह) + मृ.

चित्रयोधी *mirum in modum pugnans*, in c. 1. s. m. epitheton compos. ex चित्र (v. p. 42.) et योधिन् a युध् (v. p. 23.), cui additum इन्. Cf. p. 70.

श्रेष्ठतरान् *optimates*, principales, primarios; c. 2. pl. m. adject. in comparativo superlat. श्रेष्ठ, — a श्र, pro प्रशस्य bonus, et इष्ठ, q. v. p. 53., — cui accessit तर comparativorum terminatio. श्र vero derivatur a r. श्री conj. 1. et 10. satisfacere etc. Cf. p. 33. et 37.

निघ्नंति *caedit*, pers. 3. s. praes. a praep. नि in et r. हन्.

Śloka 49.

अस्मदीयान *nostrates*, in c. 2. pl. m. adject. a pron. अस्मद् ego et ईय subjecto, quo pertinendi, possidendi etc. nomina adjectiva finguntur.

महारथान *magnorum belli curruum praefectos;* in c. 2. pl. m. vocabulum compos. ex महत् et रथ. Cf. p. 56. et 77.

व्यवस्थितान *stationem tenentes*, dispositos stantes; in c. 2. pl. m. particip. praet. verbi derivati a praepp. वि dis— et अव deorsum, de— ac r. स्था.

अन्तकाय *ad internecionem*, in c. 4. s. n. subst. ex अन्त (v. p. 92.) et agendi nominum क subjecto.

संसक्तान *conjunctos*, c. 2. pl. m. adject. a praep. सं et verbi सक् (p. 79.) particip. praet., cui additum क.

निहतान *caesos*, c. 2. pl. m. a praep. नि et r. हन्.

Śloka 50.

व्यूढं *aciem*, exercitum c. 2. s. m. subst. a praep. वि et r. ऊह् q. v. p. 79.

अभेद्यं *impenetrabilem*, non perrumpendam, c. 2. s. m. particip. fut. pass. a priv. अ et r. भिद्. Cf. p. 52. 65.

अन्यैः *per alios*, in c. 3. pl. m. pronom. a r. अन् conj. 2. et 4. spirare, vivere, cui अ subjectum. Discrimen enim ex spiritu et vita oritur.

भारद्वाजेन *per Bhāradvādsham* c. 3. s. m. (p. 87.). अत्र *hic*, isto in loco. adverb. a pron. अदस् istud et त्र loci adverbiorum affixo.

शस्त्रेन *telo*, c. 3. s. n. a r. शस् conj. 1. caedere, occidere, et त्र instrumenti subjecto गुप्तं *tectam*, in c. 2. s. m. particip. praet. pass. a r. गुप् conj. 1. tegere, celare, protegere, conservare etc. भित्वा *perrumpendo*, acie perrupta. V. p. 52.

सौभद्रं *Saubhadram*, in c. 2. s. m. patronymicum Abhimanji, qui filius fuit Ardshunae et Subhadris, quae Kṛishnae soror, de qua v. p. 46. et śl. sq. infra.

वीरं एकं प्रविष्टं *heroem, solum irruentem*, penetrantem, prorumpentem, in c. 2. s. m. Cf. p. 48. 57. 81. प्रविष्ट particip. praet. deducitur a praep. प्र pro, prae et विश् intrare. Cf. p. 50. 34. etc.

I. e.: Quum cognoverim, qui Saubhadra heros, postquam aciem, aliis impenetrabilem, qua telo a Bhāradvādsha tecta est, perruperit, in eam, solus mediam irruat; etc.

Śloka 51.

अभिमन्युं *Abhimanjum*, in c. 2. s. m. nom. propr. filii Ardshunae, a praep. अभि ante, coram et मन्यु de q. v. p. 31. sq. Nominis hujus sensus cognatus videtur ei, qui est in अभिमान m. superbia, arrogantia, cognitio, laesio, petitio etc.

परिवार्य *postquam circumdederunt*, particip. praet. indecl. a praep. परि circa, circum et r. वृ conj. 1. et 10. claudere, includere, cohibere etc.

बालं *juvenem*, in c. 2. s. m. adpos. nominis Abhimanji a r. बल् conj. 10. sustinere, nutrire, firmare, corroborare, figere, etc.

सर्वे *omnes*, in c. 1. pl. m. pronominale. हत्वा *ceciderunt*, particip. praet. indecl. a r. हन्. हृष्टरूपाः *laetitiae ac irrisionis speciem habentes*, in c. 1. pl. m. adject. compos. ex particip. praet. हृष्ट a हृष् conj. 1. irridere, deludere, etc. (cf. p. 92.) et रूप (p. 64.).

बभूवुः *fuerunt*, facti sunt, pers. 3. pl. praet. remot. a r. भू v. tab. conjug. महारथाः *magnorum belli curruum duces.* Cf. p. 98.

अशक्नुवंतः (Ardshunam caedendo) *impares*; in c. 1. pl. m. particip. praes. act. a r. शक् conj. 5. parem, capacem, aptum esse praefixo अ privativo. Subaudi हंतुम्.

I. e.: Quum magnorum belli curruum duces circumdederint Abhimanjum juvenem, eoque caeso omnes laetitiae et irrisionis speciem habentes Pārtham caedendo impares fuerint; etc. Nīl. ad h. śl.: तेनार्जुनकोपाग्नेःअत्यंतंप्रदीपनान्नास्माकंजयाशेत्यर्थः i. e.: Hinc ab immenso splendore ignis, quo Ardshunae ira exarsit, nulla spes nostris ex victoria.

Śloka 52.

निहत्य *caeso* (Abhimanjo), partic. praet. indecl. a नि in et r. हन्.

हृष्टान् *hilares ac irridentes*, in c. 2. pl. m. ut seq. मूढान् *dementes* (particip. praet. a r. मुह्, q. v. p. 33.) et क्रोशतः clamorem tollentes (a r. क्रुश् conj. 1.), quae tria adjectiva sunt sequentis patronymici धार्त्तराष्ट्रान् Dhārttarāshtras, a Dhṛitarāshtra deducti.

क्रोधात् *furore*, ira, c. 5. s. m. subst. a r. क्रुध् conj. 4. irasci etc.

उक्तं *dictum*, in c. 2. s. n. particip. praet. pass. a r. वच् conj. 1. et 2. dicere, loqui, quae त adsumendo palati literam convertit in congruam gutturis et semivocalem in vocalem.

सैंधवे *Saindhavae*, in c. 7. s. m. nomen propr. a सिन्धु, quod nomen est Indi fluminis et regionis adjacentis, maris etc. e r. स्यन्द् conj. 1. fluere etc. Casus 7., in Saindhava, prope Saindhavam, hic locum tenet secundi.

I. e.: Quum cognoverim, Dhārttarāshtras Abhimanjo caeso deridentes, vesanos, clamorem edentes, et qui Ardshuna, furore commotus dixerit Saindhavae; etc.— Nīl. ad h. śl. सैन्धवेजयद्रथे उक्तं अद्यैनंननिष्यामिचेदग्निम्प्रवेक्ष्यामि इतिप्रतिज्ञातं॥मूढानअनेनस्वेषांक्षयएवभविष्यतीतिजयोप्यपराजयएवेत्यजानंतः i. e.: Saindhavae Dshajatrathae (qui curru triumphali vectus, ab Ardshuna) dictum: Hodie nisi hunc cecidero, Agnem incursurus sum, jusjurandum datum. —— Vesanos; id quippe proprio ipsis exitio erit. Haec sane victoria ipsa strages fuit. Sic Adshānanta.

Śloka 53.

सैंधवार्थे *quod spectat ad Saindhavam*, propter Saindh. Cf. p. 70. et 78.

प्रतिज्ञां प्रतिज्ञातां *jusjurandum juratum* (jurejurando per ignis numen promissum), in c. 2. s. f. प्रतिज्ञा subst. promissum, fides, votum, a praep. प्रति erga, contra, adversus, etc. et r. ज्ञा conj. 9. cognoscere, agnoscere, ubi in locum आ rad. positum आ, subst. foem. terminatio. प्रतिज्ञातां vero est particip. praet. pass., quod congruit cum subst. praecedente.

तदुधाय *in caedem ejusdem*, (eundem a se caedendum, se eum interemturum), c. 4. s. m. subst. in tatpurusha compositi ex तद् hic, is et वध m. caedes, a r. वध q. v. p. 70.

सप्तां *dire dictum* (votum, sacramentum), in c. 2. s. f. particip. praet. pass., quod derivatur a r. सप conj. 1. et 4. maledicere, jurare, conviciari, dira precari etc., ac respicit ad प्रतिज्ञां.

तीर्णां *servatum*, (votum) solutum, in c. 2. s. f. particip. praet. pass. a r. तॄ conj. 10. perficere, absolvere, trajicere, tranare etc., quae, more radicum in ॠ desinentium, न pro त participii adsumendo ॠ mutat in इर्. शत्रुमध्ये *in hostium medio*, c. 7. s. n. subst. compos. ex शत्रु m. hostis, inimicus et मध्य n. medium.

I. e. Quum cognoverim jusjurandum ab Ardshuna Saindhavae datum, se eum interemturum, juratumque ab eodem servatum in medio hostium; etc.

Śloka 54.

श्रान्तहये *equo fatigato*, fesso, sing. (pro pl.) m. in c. 7., hic absoluto substantivum in Karmadhāra compos. ex श्रान्त particip. praet. (a r. श्रम conj. 4. defatigari) et हय equus a r. हय conj. 1. movere, ire.

मुक्त्वा *postquam solverat* (cum equum equo tum omnes loris ac armis), abjunctis equis. particip. praet. indecl. a r. मुच conj. 6. liberare, solvere etc. हयान *equos*, c. 2. pl.

पाययित्वा *quum* (illis) *potum praebuisset*; praticip. praet. indecl. a r. पा conj. 1. bibere, in effectionis forma पायि.

उपवृत्तान् *eos, quorum curam gessit*; in c. 2. pl. m. partic. praet. pass. a praep. उप apud. prope, cum, et r. वृत conj. 4. servire, conj. 1. versari etc.

पुनस् *rursum*, denuo, adverb. युक्त्वा *quum junxisset*, partic. praet. indecl. Cf. p. 51.

प्रयातं *profectum*, in c. 2. s. m. particip. praet., quod respicit ad Dhanandshajam, a praep. प्र et r. या, q. v. p. 48. Constructum autem est cum accusativo Vāsudaevae, ad quem ille ivit.

Śloka 55.

वाहनेषु अक्षमेषु *vehiculis invalidis*, equis (elephantibus) lassatis etc. in pl. n. casu 7. seu absoluto. वाहन subst. derivatur a r. वह् conj. 1. vehere, portare, fluere etc., cui cum ad actionis nomen formandum adjicitur अन, vocalis producitur.

रथोपस्थे v. p. 90. तिष्ठता *stante*, in c. 3. s. m. particip. praes. activi a r. स्था, q. v. p. 86. गाण्डिवेन *ope Gandivae*. Cf. p. 89.

सर्वान् योधान् वारितान् *omnes bellatores rejectos*, cohibitos, in c. 2. pl. m. Cf. p. 23. et 99.

I. e.: Quum cognoverim, ab Ardshuna, dum equis lassatis in curru instaret, ipso stante, Gāndivae ope, omnes bellatores (impugnantes) repulsos; etc.

Śloka 56.

नागबलैः *elephantum agminibus*, viribus, elephantibus validis, in c. 3. pl. m. subst. compos. ex नाग m. elephas, serpens, Naga semideus sub specie serpentis, etc. (a r. नज conj. 1. pudere, erubescere, cujus vocalis, subjecto अ, producitur, et ultima palati convertitur in congruam gutturis), ac ex बल m. robur, firmitas, vires, mfn. validus, potens, etc. a r. बल conj. 10. roborare etc. Cf. p. 99.

सुदुः सहं *difficillime sustinendum*, in c. 2. s. m. adject. compos. ex सु (p. 22.), दुर् (p. 23.) et सह mfn. a r. सह्, q. v. p. 46.

द्रोणानीकम् *Dronae exercitum*, aciem, bellum etc. in c. 2. s. m. subst. compos. ex द्रोण (p. 97.) et आनीक exercitus, acies, bellum, a r. अन conj. 2. et 4. spirare, vivere, cui इक subnexum.

युयुधानं *proeliatum*, quum pugnasset (Vārshṅaeja contra Droṅae exercitum); in c. 2. s. m. particip. praet. medii a r. युध्, q. v. p. 23.

प्रमथ्य *postquam perturbasset*, confusa (acie), particip. praet. indecl. a praep. प्र et r. मथ् conj. 1. confundere, turbare, agitare etc. यातं *profectum*, spectat ad nomen seq. Cf. p. 48.

वार्ष्णेयं *Vārshṅaejam*, in c. 2. s. m. patronymicum Sātjakis bellatoris invicti सात्यकिर्युयुधानोऽपराजितः, qui ad Krishṅae familiam pertinet. Cf. śl. 11. As. Res. III. 41. VI. 506.

यत्र *ubi*, quo, ex यद् et त्र. Cf. p. 38. sq. तौ कृष्णापार्थौ *Krishṅa et Ardshuna* (erant), in c. 1. du. m. Cf. p. 82.

Śloka 57.

आसाद्य *impetu facto*, oppugnato, partic. praet. indecl. a r. षद् conj. 1. et 10. quae adsumta praep. आ significationem adoriendi accipit.

मुक्तं *liberatum*, partic. praet. pass. V. p. 102. वधात् *a caede*, c. 5. s. V. p. 101.

कुत्सयित्वा *postquam objurgatus fuisset*, partic. praet. indecl. a r. कुत्स् conj. 10. vituperare, despicere, conviciari. वचोभिः *sermonibus*, verbis, in c. 3. pl. n. a r. वच् (p. 26.) adjectoque भस्.

धनुःकोट्या *arcu extremo*, arcus mucrone, in c. 3. s. f. subst. compos. कोटि arcus extremum, mucro gladii etc. a r. कुट् conj. 10. urere, pungere. आतुद्य *postquam vexasset*, sollicitasset, particip. praet. indecl. a praep. आ et r. तुद् conj. 6. stimulare, cruciare, urgere, exagitare, torquere.

I. e.: Quum cognoverim, Bhīmam postquam verbis objurgatus fuisset a Karṅa et arcus mucrone vexatus, in heroem (Karṅam) impetu facto a caede liberatum; etc. Nīl. ad h. śl. कर्णमासाद्यापिवधान

मुक्तं अप्राप्तमृत्युंभीमंयदाश्रौषमित्यन्वयः ॥ आतुट्यसर्वतोव्यथयित्वावचोभिर्ननुमनसाकुत्सयित्वामूढऔदरिकेत्यादिशब्दैर्निन्दित्वोपेक्षितमितिशेषः

i. e.: Bhīmam, dum Karṇam impugnasset, a caede vindicatum; nec mortem nactum quum cognoverim etc. Haec sermonis cohaerentia. Vexatum, ex omni parte sollicitatum. Sermonibus, in mente objurgatum; dum conviciis urgeretur: Vesane! ventribus operam dans! (coque, ventrium curam gerens!) et aliis ejusmodi verbis increpitum, itaque despectum, contumeliis atque ignominiis adfectum. Sic reliqua. Cf. p. 54. sq. Si pro औदरिक, ab उदर venter, adoptetur lectio औदनिक, ab ओदन oryza cocta, idem est ac सूपकार qui conficit intinctum, embamma, eliquamen sive condimenta, unde coquus dictus.

Śloka 58.

कृतवर्मा *Kṛitavarma*, in c. 1. s. m. herois nomen propr., quod perfecte cataphractum denotat, compos. ex कृत particip. praet. pass (r. कृ) factum, perfectum, absolutum, aptum, etc. ac ex वर्मन् n. lorica, cataphracta a r. वृ conj. 1. et 10. tegere etc., cui मन affigendo ऋ convertitur in अर्. Cf. p. 38. 25.

कृपः *Kṛipa*, in c. 1. s. m. nom. propr. sapientis, qui Droṇae levir fuit, a r. कृप v. p. 32. Kṛipa et Vjāsa nuncupatur, qui Vaedarum ac Purāṇarum auctor habetur; Kṛipi vero Droṇae uxor unde Aśvatthāma vel Drauṇi genitus कृपीसुत. V. Trik. II. 8. 19. Cf. p. 97. śl. 73. etc.

द्रौणिः *Drauṇi*, Droṇae filius, in c. 1. s. m. patronym. ex numero eorum, quae इ subjecto vocalem primam convertendo producunt. Cf. śl. 53.

भद्रराजः *Bhadrarādsha*, in c. 1. s. m. nomen pr. herois, cujus etymon v. p. 46. 33. et 25. शूरः v. p. 52.

अमर्षयन् *passi sunt*, pers. 3. pl. praet. act. a r. मृष conj. 10. (etiam 1. et 4.) ferre, tolerare, indulgere, condonare.

सैन्धवं v. p. 100. वध्यमानं *caedi*, ut caederetur, in c. 2. s. m. particip. praes. pass., quod respicit ad Saindhavam, a r. वध, q. v. p. 70.

Nil. अमर्षयन्अमर्षणां सहनंकृतवन्तःअशक्त्या i. e. pertulerunt, inviti patientiam exercentes ex imbecillitate.

Śloka 59.

देवराजेन *ab Indra*, in c. 3. cf. p. 48. दत्तां *datam* q. v. p. 77. दिव्यां *coelestem*, in c. 2. s. f. v. p. 49. 67. शक्तिं *hastam ferream*, in c. 2. s. f. a शक, q. v. p. 36. व्यंसितां *aversam*, a Mādhava depulsam, hebetatam, inefficacem factam in c. 2. s. f. partic. praet. pass. a praep. वि et r. अंस् conj. 10. dividere, partiri.

घटोत्कचे *in Ghatotkatsha*, in c. 7. s. m. nom. pr. (q. v. p. 55.) compos. ex घट urceus testaceus magnus; qui nititur, vires intendit, etc., cujus r. est घट् conj. 1. quaerere, contendere, conj. 10. unire, laedere, splendere, loqui, et ex उत्कच, quod deducitur ab उत् praep. sursum, supra (p. 78.), multum, magnum etc. ac कच conj. 1. ligare, lucere, murmurare.

राक्षसे *in Rākshasa*, voc. praec. appos. patronymicum a रक्षस nomine gigantum, quod derivatur a r. रक्ष् conj. 1. servare, custodire, protegere, cui अस subjectum. Eidem अ in fine addendo vocalis prima producitur.

घोररूपे *in eo, qui atrocis; horribilis formae*, aspectu terribilis fuit; adject. quod respicit ad subst. praec., compos. ex घोर horrendus etc. a r. घुर् conj. 6. terroris clamorem edere, et ex रूप, q. v. supra.

Nīl. ad h. śl. व्यंसितां व्यथकृतां माधवेन कर्णस्यापि धियः प्रवर्त्तकेन॥ घोररूपे इति घटोत्कचस्यापि वध्यत्वेन तद्वधेनापि कृष्णस्य हर्षएवनक्षतिरितिभावः i. e. aversam, laedendo imparem factam a Mādhava, quippe qui Karńae intellectum praevertit. —— Corpore atroci; quo vero Ghatótkatsha caedendus erat. Nam ex ejusdem caede gaudium Krishńae non vero clades.

Śloka 60.

कर्णघटोत्कचाभ्यां *a Karńa et Ghatótkatsha*, c. 3. du. m. युद्ध *proelio comisso*, in c. 7. s. n. partic. praet. pass., pro subst. a r. युध्. Nīl. युद्धक्रियमाने.

मुक्तां *missam*, vibratam c. 2. s. f. partic. praet. pass. a r. मुच्. शक्तिम् *lanceam*, hastam.

सूतपुत्रेन *a Sūrjae filio*, i. e. a Karńa; in c. 3. s. m. vocab. compos. ex सूत nomine Surjae etc. Cf. p. 40. 41. 21. sq. Karńa etiam nuncupatur Ghatótkatshae occisor घटोत्कचान्तक Trikańda II. 8. 19.

यया *per quam*, in c. 3. f. s. pronom. यद्.

वध्यः *caedendus*, partic. fut. pass. a r. वध्. I. e.: qua Karńa Ardshunam caedere voluit.

समरे *in proelio*, c. 7. s. m. a praep. स cum et r. ऋ conj. 3. movere, conj. 5. violare etc.

सव्यसाची *Savjasātshi*, in c. 1. s. m. nomen Ardshunae, quod ab Indra accepit (cf. p. 47.), compos. ex सव्य mfn., quod est a sinistra, item a dextra, porro contrarium (a सु nobilem, magnum esse etc., cf. p. 22.), et ex साची maritus Satshis (सची vel सचि) i. e. Indra, qui ab uxore etiam सचीपति nuncupatur. Hujus radix est षच conj. 1.

spargere, conspergere, rigare, perfundere, unire, sociare étc. सव्य vero est वामेप्रतीप in Maedin. k.

Nil. ad h. sl. अर्जुनस्यावध्यत्वेसिद्धेकाजयाशेतिभावः i. e.: Quum Ardshunae vis invicta ac conditio insuperabilis perfecte demonstrata sit, quae victoriae spes? Hic sensus.

Sloka 61.

आचार्य्यं *praeceptorem*, doctorem, magistrum, in c. 2. s. m. Dronae epitheton (cf. p. 97. Trikand. II. 8. 9.) a praep. आ ad, apud et a r. चर् conj. 10. investigare, probare, dijudicare, dubitationem tollere, certum facere etc., conj. 1. movere, ire, agere, cui subjiciendo particip. fut. pass. य vocalis producitur. Hinc आचार्य्य exercendum, peragendum; unde et is, qui, quae exerceri oportet, antiquos mores et consuetudines religionis, legis, etc. (आचार) ac harum perfecte exercendarum rationem novit et docet, Ātshārja nominatur.

धृष्टद्युम्नेन *a Dhrishtadjumna*, qui frater Draupadis (p. 52.) in c. 3. s. m. nom. pr. compos. (cf. p. 25.) ex धृष्ट particip. praet. pass. a धृष, q. v. p. 93., ex द्युम्न n. res, substantia, divitiae a r. दिव् conj. 4. (q. v. p. 48., unde etiam द्युति lux, splendor, द्युमणि lucis gemma i. e. sol etc.) et ex म्न (in compos.) studens, exercens etc. a r. मा conj. 1.

अभ्यधिक्रम्य *quum migrasset*, non servasset, violasset, particip. praet. indecl. a praepp. अभि ante, coram, अधि supra, trans et r. क्रम् p. 80. धर्मं.

प्रायगतं *fame voluntaria se conficientem*, in c. 2. s. partic. praet. compos. ex गत et प्रायः m. mors, quae fit fame voluntaria, sive quam quis a cibo omni se abstinendo sibi adfert, abundantia, frequentia, a praep. प्र pro, prae et r. अय् conj. 1. ire, movere, प्राय in compos. similitu-

dinem denotat, प्रायस् indecl. maximam partem, paene, fere, frequenter, in universum, vulgo.

विशस्तं *discissum*, in c. 2. s. m. partic. praet. pass. a praep. वि et r. शस् conj. 1. caedere etc.

I. e.: Quum cognoverim, Dronam Ātshārjam solum (dum depositis armis secesserat) fame voluntaria morientem, a Dhrishṭadjumna in belli curru, virtutem migrando, scissum (neglectis omnibus Judhishṭhirae monitis contrariis); etc.

Nīl. प्रायगतंमरणार्थमनशनंप्रायस्तत्र गतंतदर्थं निश्चलंस्थितंविशस्तंछिन्नं i. e. fame voluntaria se conficientem; dum caedis factae caussa cibo omni abstineret, ac in mortis hujus voluntariae genus procederet; itaque e statu egressum. —— Discissum, dissectum.

Śloka 62.

द्वैरथस्थं *currui duplici* (bigae?) *instantem*, in c. 2. s. m. adjectiv. compos. ऐ in द्वै ortum ex इ subjiciendo in fine अ.

माद्रीसुतं *a Mādre natum*, in c. 2. s. m. adject. compos. माद्री (v. p. 21.) deducitur a मद्र m. laetitia, hilaritas, gaudium, cui इ addendo अ primum producitur et alterum eliditur; मद्र vero a r. मद् conj. 1. gaudere, laetari etc. et र subnexo.

नकुलं *Nakulam*, in c. 2. s. m. nom. pr. (v. p. 21.), ad quod reliqui hujus ślokae accusativi spectant, a r. कुल (q. v. p. 30.), cui न negatio praeposita.

लोकमध्ये *in medio exercitu*, c. 7. s. n. subst compos. ex लोक et मध्य. Cf. p. 83. 70. 54. 52. समं *parem*, aequalem, a r. षम conj. 1.

sollicitum, aegrum esse, etc. सम postulat casum 3. illius, cui quid simile dicitur. युद्धे *in pugna*, v. p. 107.

माण्डलशस *gyros ducendo*, in gyri forma, adverb. deductum a subst. मंडल n. circulus, orbis, gyrus, discus, quaedam aciei forma, certus jaculatorum genua inclinantium status, etc., cujus radix est मड् (इ) conj. 1. circumdare, cingere, ambire, includere etc. शस autem frequenter vocabulis subjicitur ad formanda adverbia rationis cum arithmeticae tum geometricae omnisve quantitatis. चरंतं *moventem*, in c. 2. s. m. partic. praes. verbi. चर्. Cf. p. 108.

Nil. द्रौणानिकृष्टत्वमुक्तं Draunis natura locusque inferior adsertus.

Śloka 63.

Hujus ślokae expositio jam patet ex paginis 90. 92. 54. 105. 81. 82. 49. 66. 50. 51. 59. 34. et śl. 20. etc. Hoc solum addendum, नारायणा et adjective accipi posse pro eo, quod a Narājana datum est, ad eumve pertinet, विकुर्वन् vero in particip. praes. act. a verbo कृ facere, cum praep. वि di — dis — sensum habere dimittentis, jaculantis etc. Cf. p. 56. et 84. Integer autem śloka totidem verbis transfertur: Quum Drona occiso, Dronae filius nārājanicum telum coeleste jactans, nec usque ad (hos) Pāndavas perveniens (horum terminum non adtingens) etc.

Śloka 64.

पीतं रक्तं *potum sanguinem*, in c. 2. s. n. रक्तं subst. factum ex particip. praet. pass. a r. रञ्ज p. 57. Cf. p. 26. 54. भ्रातुः *fratris*, appositio Duh-śasanae, qui Durjodhanae frater erat. Cf. p. 59. et 61. युधि

in bello v. p. 60. निवारितं *inhibitum* a praep. नि in et वृ q. v. p. 49. 99. et 103. अन्यतमेन *ab eorum alio*, ab aliquo in c. 3. s. m. superlativus pronom. अन्य.

I. e.: Quum cognoverim, a Bhīmasaena potum in pugnae campo sanguinem Duh-śāsanae, qui (Durjodhanae) frater (et a Bhīma trucidatus fuit), nec a quopiam Pāṅḍavarum Bhīmam impeditum; etc.

Śloka 65.

Cf. śl. 44. pp. 92. sqq. 24. 52. 72. 61. 30. 48. देवगुह्ये *deorum mysterio*, adject. compos. ex देव (p. 48.) et गुह्य partic. fut. pass. occultandum, mysterium, a r. गुह् occultare, tegere, celare. In bello quidem fratrum, cujus ratio et diis (inferioribus) ipsis arcana, et a diis occultata. Nīl. देवगुह्येपार्थानांकर्णसौदर्यत्वाज्ञानात् प्रवृत्तेविग्रहेयुद्धे i. e. deorum mysterio: Karṇa quippe rationem Pārtharum sane reverendam ignorando (longius) processit — in pugna facta. — Pāṅḍavae ad Kuruvas in eadem fere sunt ratione, quam ad Asuras Surae, illorum victores.

Śloka 66.

Cujus sensus est: Quum cognoverim, et Droṇae filium, Duh-śāsanam fortem, ac Kṛitavarmam ardentem omnes devictos a Judhishṭhira, justitiae rege etc. Ad expon. cf. p. 105. 89. 63. etc. Nīl. युधिष्ठिरं द्रोणपुत्रादीन्जयन्तमित्यन्वयः Judhishṭhiram vincentem Droṇae filium et reliquos. Haec est constructio.

Śloka 67.

मद्राजं *Madrarādsham*, nom. pr. Śaljae. Ad vocabulum hoc et seqq. cf. p. 109. 36. 74. etc. सदा (idem ac सर्वदा) *semper*. omni tempore Cf. p. 44. संग्रामे *in proelio*, c. 7. m. a सं et r. ग्रह capere (?). Cf. p. 97. स्पर्द्धते *vincere cupit*, ad pugnam lacessit, a r. स्पर्द्ध conj. 1. ferociter aliquem appetere, ad pugnam provocare, etc.

Śloka sic reddi potest: Quum cognoverim, o Sūta! Madrarādsham, in bello heroem, qui vero Krishṇam in pugna perpetuo vincere cupit, caesum* a Dharmarādsha (Judhishṭhira); etc.

* caedendum.

Śloka 68.

कलहद्यूतमूलं *eum, qui auctor est lusus* (fraudulenti) *harmoniam turbantis*, unde bellum exarsit; in c. 2. s. m. adject. compos. कलह m. dissidium, dissensus, bellum, pugna, fraus, dolus, violentia, caedes etc. deductum a कल m. sonus jucundus etc., cujus radix est कल conj. 1. numerare, ratiocinari, sonare, mittere, accipere, ligare etc., et a ह in compos. quod destruit, cujus r. est हन. द्यूत v. p. 38. मूल n. radix origo etc. a r. मूल conj. 1. radicari, radices agere, crescere, fundari, etc.,

मायाबलं *virtute magica instructum*, adject. compos. माया naturae vitaeque scientia, magice, praestigiatrix etc., a r. मा conj. 2. 3. et 4. mensurare (Māja, per quam rebus mensura fit), ab aliis deducitur a negat. मा, unde Māja ipsa negatio. Cf. p. 60. et 57.

सहदेवेन *a Sahadaeva*, Pāṇḍava, nom. prop. compos. ex praep. सह cum, vel सह m. virtus, potentia etc. ac देव deus. V. p. 21. etc.

पापं *scelestum.*

I. e.: Quum cognoverim Saubalam improbum auctorem lusus, unde bellum exarsit, praestigiis potentem, caesum in proelio a Sahadaeva Pāṅḍava; etc. Nīl. पुनर्द्यूतप्रसंजनेनापि जयाशानास्तीति भावः i. e. quin et lusus strategemate adhibito nulla victoriae spes.

Śloka 69.

श्रान्तं *defatigatum* v. p. 102. एकं *solum* p. 57. 81. शयानं *cubantem* p. 94. ह्रदं *lacum*, stagnum profundum, m. c. 2., qui regitur a verbo seq. गम्, a r. ह्राद् conj. 1. sonare, tonare. गत्वा *quum iverit* v. p. 55. स्तम्भयित्वा, *quum se communiverit*, firmaverit, (aquas) munitionem sibi fecerit, particip. praet. indecl. in effectionis forma, a r. ष्टम्भ् vel स्तम्भ् conj. 1. figere, stabilire, defendere, unde dependet casus seq.

तदम्भः *ejus aquam*, in c. 2. s. n. ab अम्भस्, cujus radix est आप् conj. 5. occupare, possidere etc., quae अस् admittendo mutatur.

विरथं *eum, qui absque belli curru est*, adject. a praep. वि et subst. रथ. भग्नशक्तिं *eum, cujus hasta est fracta*, adject. compos. ex particip. praet. pass. भग्न, q. v. p. 77., et शक्ति, p. 106.

I. e.: Quum cognoverim Durjodhanam, belli curru amisso fractaque hasta, ad lacum profectum (fugisse), ejusdem aquas munitionem sibi fecisse, cubantem, fatigatum, solum; etc. —— Nīl. भग्नशक्तिर्मैत्रो त्साहादिजंसामर्थ्यंयस्य i. e. fracta ei lancea, cujus ratio habilis orta ex consiliis, contentionibus etc.

Śloka 70.

Cf. pp. 86. 103. 72. 36. 93. 27. 31. etc.—— I. e.: Quum cognoverim, Pāṅḍavas adstantes cum Vāsudaeva accessisse ad lacum, ubi furiosum debellaverunt filium meum; etc. —— Nīl. प्रच्छन्नोऽपिपैरदृष्ट

चेद्दैवात्कालान्तरेऽपिजायाशास्यात्सापिनास्तीत्याह। यदाश्रौषं॰ अमर्षणं अशक्तस्यातितिक्षोर्मरणमव श्यम्भावीतिभावः i. e.: Etiamsi occultatus, aliis non visus, quamvis ex fato ad tempus quidem spes muliebris sit, ea certo nulla est. Hinc dicit, quum cognoverim etc. Implacabilem; impotentis autem ac inermis mors necessaria in fatis.

Śloka 71.

Cf. pp. 61. 97. 42. गदापुद्ध *in pugna, clavis commissa*; a गदा f. clava, fustis, a r. गद् conj. 10. tonare, etc. Cf. p. 107. 108. et 110. मिथ्या *injuste*, inique, turpiter; adverb. a r. मिथ् conj. 1. caedere, ingenii prompti et acris esse, etc. बुद्ध्या *cum scientia*, c. 3. s. f. a बुद्धि q. v. p. 29.

I. e.: Quum cognoverim, eundem, dum in pugna, clavis commissa, per gyros ingrederetur varias atque mirandas vias (pugnandi rationes), turpiter caesum conscio Vāsudaeva; etc. Nīl. मिथ्याहतंनाभेरधः प्रहारात् कपटेनहतंतस्मिन्हतेजयाशानास्तिमूलोच्छेदादितिभावः॥ दुष्कर्मकारिणो दुर्योधनस्य दारेषुकश्चिन्महानुभावः॥पुत्रमपिनोत्पादयिष्यति॥ अतस्तद्दारराजयाशानास्तीतिभावः i. e.: inique caesum, eo quod infra umbilicum invaderetur (quod clava pugnantibus lege prohibitum, a Bhīma vero factum, frangendo clava Durjodhanae femur, cui Draupadem violenter imposuerat, ac caput ejusdem pedibus obterendo), fraude occisum; quo caeso victoriae spes nulla est, stirpe quippe eradicata. Hic sensus. An vero in uxoribus Durjodhanae malefactorum auctoris magna quaepiam fiducia ponenda? Filium quidem haud producet. Quare, quae inde efficeretur, victoriam sperandi occasio nulla habetur. Ea loquentis mens est.

Śloka 72.

द्रोणापुत्रादिभिः तैः *His, quorum dux Droṅae filius*, vel, Droṅae filio et reliquis c. 3. pl. m. Cf. pp. 80. sq. 97. 52. supra et Mani Dharmaśāstr. II. 19. सुप्तान् *dormientes*, c. 2. pl. m. a r. स्वप् conj. 2., quae, dum, ut radices variae solent, र् in fine adsumit, semivocalem in vocalem solvit. बीभत्सं *nefandum*, reprehensione dignum, vitiosum, in c. 2. s. n. adject. a r. बध् conj. 1. vituperare, reprehendere etc. in desiderii forma, qua vero eidem ac aliis quibusdam radicibus desiderationis vis minus aperta inesse videtur. अयशस्यं *infame*, indignum c. 2. s. n. adject. a priv. अ et subst. यशस् n. fama, honor, claritas, celebritas, gloria, laus, cui adtributionis य subjectum. यशस् vero derivatur a r. अश् conj. 5. occupare, pervadere, possidere et अस् adnexo.

I. e.: Quum cognoverim ab iisdem, quorum dux Droṅae filius, Pāṅtshālas et Drupadis stirpem in somno caesos: facinus nefandum atque infame commissum; etc.

Śloka 73.

भीमसेनानुयातेन *ab eo, quem Bhīmasaena insequutus est*, in c. 3. s. m. adject. compos. Cf. pp. 48. 61. अश्वत्थाम्ना *ab Aśvatthāma*, in c. 3. s. m. nom. pr., quo adpellatus Droṅae filius sapiens et fortis, compositum ex अश्व m. equus, स्था stare et मन affixo. अश्व vero derivatur ab अश् pervadere (v. supra), cui additum व. अश्वत्थ m. vocatur ficus religiosa.

परमास्त्रं *telum eximium*, in c. 2. s. n. vox comp. ex परम (a r. पॄ conj. 10. complere etc., unde subjecto अ fit पर् praestans etc., cui म additum) et अस्त्र. प्रयुक्तं *emissum*, a praep. प्र et r. युज् conj. 7. jungere, adhibere etc. क्रुद्धेन *ab irato*, in c. 3. s. m. particip. a r. क्रुध

conj. 4. irasci etc. ऐषीकं *Aishikam*, in c. 2. s. m. nomen pr. a r. एष् conj. 1. movere, ire, accedere, et इक subjecto, quo ए mutatur in ऐ. Aishika etiam armis magicis adnumeratur. Rāmājaṅae I. 26. 19.

अवधीत् *cecidit*, pers. 3. s. praet. indef. a r. वध् quae cum accusativis duobus hic construitur. येन *qua*, c. 3. s. m. pron. यद्. गर्भं *ventrem*, in c. 2. s. m. a r. गॄ conj. 1. spargere vel गॄ conj. 6. glutire, devorare, quae radices भ adsumendo vocales convertunt.

I. e.: Quum cognoverim ab Aśvatthama irato, dum Bhimasaena ipsum insectaretur, telum eximium conjectum, quo Aishikam in ventre vulneravit; etc. Nīl. अनुयातेनहंतुमनुद्रुतेन dum Bhima eum insequitur, i. e. eum occisurus currit ruitque. Aśvatthama et acinace a Mahādaeva accepto Dhrishtadjumnae dormientis caput amputavit.

Śloka 74.

ब्रह्मशिरः *Brahmasiram*, Brahmae caput, c. 2. s. n. nom. propr. teli, quod Rāmājaṅae I. 26. 9. उग्रम् dicitur. Cf. p. 89. 63. 64. शिरस् deductum a r. शॄ conj. 9. violare, laedere, deficere etc. et अस् subnexo, quo ऋ convertitur in इर्. स्वस्ति *bene est*, salus sit, adverb. precatio prosperitatis, compos. ex सु bene et अस्ति est. इति *ita*, particula, qua quae praecedunt, verba ut alterius adferri saepissime indicatur. उक्त्वा *precatus*, particip. praet. indecl. a r. वच्, व converso in उ. शान्तं *hebetatum*, inhibitum, particip. praet. a r. शम् conj. 1. sedare, compescere, delere, tollere etc. मणिरत्नं *gemmam eximiam*, in c. 2. s. n. subst, compos. ex मणि mf. gemma a r. मण् conj. 1. sonare, cui इ additum, et ex रत्न n. gemma, vel mfn. praestans in suo genere. Si hoc pro substantivo sumatur, vertendum: gemmas varias.

I. e.: Q. cogn. Brahmasiram telum telo hebetatum ab Ardshuna postquam bene precatus esset, atque gemmam praestantem ab Aśvatthāma traditam; etc.

Sloka 75.

वैराट्या *divellendo*, dirumpendo, in c. 3. s. f. a वि et r. रद् conj. 1. eruere dentibus, ut apri terram solent, proscindere etc. वै enimvero, certe, revera, et particulis expletivis adnumeratur. पात्यमाने *dejecto*, respicit ad गर्भे in c. 7. s. m. particip. praes. pass. a r. पत conj. 1. movere, cadere. महास्त्रैः *armis potentioribus*, in c. 3. pl. n. compos. द्वैपायनः *Dvaipājana*, in c. 1. s. m. nomen pr. Vjāsae compos. vel ex द्विप m. elephas aut द्वीप mn. insula et आयन q. v. p. 82., vel ex द्वि et पायन deducto a पा bibere in caussae forma et अन subnexo, quo vocabuli vocalis prima conversa producitur. द्विप autem et द्वीप utrumque denotat, bis bibens; द्वीप vero etiam derivatur a द्वि duo et ईप, quod, ut alias solet, loco अप, aqua, positum est. — केशवः *Krishńa*, in c. 1. V. p. 85. परस्परेण *alternis*, alternatim, alter post alterum, deinceps, in c. 3. s. vocabulum compositum ex पर remotus, alius, praestans, subsequens, inimicus etc. (cf. p. 115.) bis posito et स inserta. अभि *coram* praep. jungitur cum c. 2. द्रौणिपुत्रं. शापैः *detestationibus*, maledictis, in c. 3. pl. m., a r. शप conj. 1. maledicere, exsecrari, detestari etc., unde et sq. शशाप *exsecratus* est (uterque Krishńa et Dvaipājana) in pers. 3. s. praet. remot.—

I. e.: Qu. cogn., qui, postquam viscera a Dronae filio armis potentibus eruta itaque dejecta essent, Dvaipājana et Kaesava uterque alternatim Dronae filium maledictis execratus sit; etc.

Nil. ad h. l. अग्रिमश्लोकञ्चयेनास्वीयस्यापिअश्वत्थाम्नोऽतिजुगुप्सितकर्मत्वातमनिहीनत्वातबहुशापग्रस्तत्वाच्चदुर्योधनक्षेत्रेषुपुत्रजननद्वाराराज्यलाभरूपाजयाशंसापिनास्तीतिसूच्यते यदाशशापतदानाशंसेविजयायेत्यंतिमेश्लोकेपूर्वानुकर्षेणान्वयः i. e.: In

praecedentium ślokarum (73—75.) triga indicatur, ob Aśvatthāmae, qui a Dhṛitarāshṭrae partibus stetit, agendi modum summe detestandum, ob statum, in quo ipse gemma ammissa positus fuit, atque ob maledicta multa ab eo devorata, nullum amplius desiderium sive spem esse victoriae, quae sobolis ex Durjodhanae uxoribus producendae auxilio ad regnum recuperandum vim habeat.— Quum exsecratus sit, ideo non est mihi spes ex victoria.— Itaque in ultimo śloka ab effectu ejus, quod ex prioribus trahitur, fit orationis nexus.

Śloka 76.

शोच्या *miseranda*, in c. 1. s. f. particip. fut. pass. a r. शुच conj. 1. dolere, miserari. गांधारी *Gāndhāri*, Durjodhanae mater; in c. 1. s. f. V. p. 37. Idem nomen est unius ex Dshainarum deabus. पुत्रपौत्रैः *a filiis et nepotibus*, in c. 3. pl. m. vocab. compos. पौत्र filii filius, deductum est a पुत्र, उ convertendo in औ. V. p. 22. विहीना *destituta*, in c. 1. s. f. particip. praet. pass. per anomaliam formatum a r. हा conj. 3. derelinquere etc. et praep. वि. तथा v. p. 24. बन्धुभिः *a propinquis*, conjunctis cognatione aut affinitate, in c. 3. pl. m. subst. a r. बन्ध conj. 10. ligare, उ subjecto. पितृभिः *parentibus*, item. पितृ pater deducitur vel a r. पि conj. 6. movere, addito तृ, quo agendi nomina formantur, vel a r. पा conj. 2. conservare, cujus आ, in sanskrito elisum, recurrit in linquis cognatis, e. c. graeca, lat., german. etc. कार्य्यं *opus*, quod faciendum est, in c. 1. s. n. particip. fut. pass. a कृ facere. दुष्करं *difficille factu*, vel quod male fit, a दुर् et कृ. Cf. pp. 23. 34. 36. sq. 60. असपत्नं *haud impugnatum*, inoffensum, (regnum) adject. a priv. अ et सपत्न inimicus, quod derivatur a praep. स pro सह cum et r. पत conj. 1. movere, cadere, conj. 4. magnum, potentem esse, cui न subnexum. पुनः *iterum*, adverb. तैः *his*.

I. e.: Miseratione digna Gāndhāri, destituta filiis et nepotibus, propinquis etiam parentibus et fratribus. Factum facinus difficile factu (male factum); a Pāndavis iisdem recuperatum regnum, quod nemo amplius impugnat! Nil. addit: शोच्यागांधारीअहंतुतामपिशोचन् शोच्यतर इतिभावः॥ यद्वागांधार्येवशोच्यानत्वहमुदासीनत्वात्तनमेविशेषइतिप्रागुक्तः॥ अतः पाण्डवानांजयोऽपिममैवजयइतिभावः i. e.: Miseranda Gāndhāri; ego vero ejus quidem misertus, miseratione tamen dignior. Vel quare Gāndhāri solum miseranda, non autem ego? An quia medius sum neutri parti magis favens? Nam nullum mihi discrimen etc., ut supra dictum (śloka 4.). Quare licet Pāndavarum sit, etiam mea est victoria.

Śloka 77.

कष्टं *ah!* heu! pro! interj. adv. ceu c. 2. s. n. participii praet. pass. a r. कष conj. 1. laedere, caedere, interficere, destruere. दश *decem* in c. 1. pl. a r. दश conj. 10. loqui, lucere, videre etc. affixo अन. शेषाः *relicti*, c. 1. pl. m. a r. शिष conj. 10. relinquere. श्रुताः *auditi*, cogniti, in c. 1. pl. m. partic. praet. pass. a श्रु q. v. p. 22. et 42. मे *mihi*. त्रयः *tres*, c. 1. pl. m. a r. त्रि q. v. p. 22. अस्माकं *meorum*, c. 6. pl. pron. अस्मद्. सप्त *septem* v. p. 79. द्व्युनाविंशतिः *duodeviginti*, in c. 1. s. f. numerale card. compos. ex द्वि duo, ऊना minus (a r. ऊन conj. 1. minuere), et विंशति viginti. आहता *caesi*, in c. 1. s. f. particip. praet. pass. a r. हन् praefixa praep. आ ad, usque; vel आ interjectio est dolorem indicans. अक्षौहिणीनां *Akshauhinium*, c. 6. pl. Cf. p. 79. तस्मिन संग्रामे *in hoc bello*, v. p. 97. भैरवे *terribili*, in c. 7. s. m. adject. a r. भी (q. v. p. 54.) et रु subjecto, unde भीरु, in quo, dum अ eidem additur, इ convertitur in ए et उ in अव. Cf. p. 37.

I. e.: Heu! decem in pugna reliquos ego audivi, tres ex nostris et ex Pāndavis septem! Ah! duodeviginti caesae Akshauhines in hoc Kshatri-

jarum bello atroci! —— Nīl. ad h. śl. त्रय: कृपोऽश्वत्थामाकृतव र्मात्र॥ सप्त कृष्णासात्यकीपंचपाण्डवास्त्र i. e.: Tres sunt, Kṛipa, Aśvatthama, et Kṛitavarma: septem, Kṛishṇa, Sātjakī (cf. p. 194.) et quinque Pāṅḍavae.

Śloka 78.

तमः *caligo* tenebrae, ex tribus naturae qualitatibus ultima (cf. p. 57.); c. 1. n. s. a r. तम् conj. 4. hebetem, obscurum, segnem, tristem fieri etc., cui अस् subjectum. तु *sed*, autem etc. अतीव *supra modum*, immense, adverb. compos. ex praep. अति supra et इव sicut, ita, instar. विस्तीर्णं *diffusum*, extensa (caligo), c. 1. s. n. particip. praet. pass. a r. स्तृ conj. 9. obducere, inducere, integere etc. Cf. p. 102. मोहः *stupor*, c. 1. s. m. a r. मुह् q. v. p. 33. आविशति *invadit*, pers. 3. s. praes. act. a praep. आ et r. विश् q. v. p. 50. 99. आ et interjectionem denotare potest. संज्ञां *mentis potestatem*, cognitionem, intelligentiam, c. 2. s. f. a praep. सं cum et r. ज्ञा p. 24. उपलभे *adsequor*, possideo, compos fio, adtingo, pers. 1. s. praes. medii a praep. उप apud, prope, cum et r. लभ् conj. 1. adtingere, consequi etc. सूत *o Sūta*! Cf. p. 40 et 41. मनः *mens*, ratio, c. 1. s. n. subst. a r. मन् conj. 8 et 4. scire, intelligere, cui additum अस्. विचलति *labat*, loco movetur, perturbatur, pers. 3. s. praes. act. a praep. वि et r. चल् conj. 1. vacillare, moveri etc. मे *mihi* vel mei.

सौतिः *Sauti*, v. p. 40. उवाच *dixit*, respondit v. p. 87. sq.

I. e.: At caligo immense diffusa obducitur. Ah! stupor quasi invadit me! Mentis potestatem non adsequor! O Sūta! ratio mihi sic labat perturbata! —— Sauti retulit.

Śloka 79.

इति उक्त्वा *postquam ita loquutus esset*, v. p. 116. अथ *sic*, hoc modo, et, etiam, nunc, indecl. विलप्य *quum conquestus esset*, lamentatus, particip. praet. indecl. a r. लप् conj. 1. loqui, quae cum praep. वि juncta denotat, conqueri, lamentari, deplorare. बहु दुःखितः *graviter afflictus*, c. 1. s. m. compos. ex बहु multum, magnopere, valde vehementer etc. Cf. p. 85. 57. मूर्छितः *sensus stuporem* (animi deliquium) *passus*, c. 1. s. m. particip. praet, a r. मूर्छ् conj. 1. sensibus privari, animo deficere etc. पुनर् *denuo*, p. 102. 118. आश्वस्तः *respirans*, reviviscens, c. 1. s. m. partic. praet. compos. ex praep. आ et r. श्वस् conj. 2. spirare, vivere. Cf. śl. 2.

I. e.: Haec quum dixisset Dhṛitarāshṭra, hoc modo conquestus, gravissime est afflictus, ac animi deliquium passus. Quum denuo respirasset, ad Sañdshajam verba loquutus est.

Nil. ad śl. 78 et 79. तमःशोकावेशाच्चक्षुरावरणाम्बाष्पं मोहः कार्याकार्ययोरप्रतिपत्तिः। अत एव संज्ञाविशेषविज्ञानंनोपलभेविह्वलतिशोकेनकुलीभवतिअतएवमूर्छितः अन्तः संज्ञाशून्यः i. e.: Tenebrae; unde, ob mentem dolore perturbatam, (caeci) oculum (cum praescium tum conniventem, v. p. 29. et 41.) claudi manifestatur. Stupor, quo quae agenda quaeve ommittenda sint, haud percipiuntur amplius. Inde vero cognitio, qua diversitas distincta est, non adtingitur. Mens labat, i. e. dolore sui fit impos et confusa. Quare autem ipse demens, animi deliquium passus, rationis expers.

Śloka 80.

एवं *ita*, hoc modo. गते *quum evenerit*, quum, quae eventura sint, cognoverim, particip. praet. s. n. c. 7. hic absolut. a r. गम्. प्राणान्

vitam, vitae spiritus, quos Hindi quinque statuunt c. 2. pl. m. a praep. प्र pro, qua progressionem denotat, et r. अन् conj. 2. et 4. spirare, vivere. त्यक्तुं *relinquere*, infinitivus a r. त्यज् conj. 1. relinquere, renuntiare, decedere. इच्छामि *desidero*, pers. 1. s. praes. act. a r. इष् conj. 1. v. 6. desiderare, cupere, etc., quae in quibusdam temporibus ac modis dum inclinatur, in इच्छ् convertenda. Cf. p. 90. माचिरं *sine mora*; adverb. compos. ex neg. मा et चिरं q. v. p. 25. स्तोकं *parvum*, exiguum, c. 2. s. n. adject. spectans ad फलं, a r. पु conj. 2. laudare. हि *nam*, quia etc. indecl. अपि *etiam*, quidem etc. indecl. Cf. p. 37. पश्यामि *video*, pers. 1. s. praes. act. a r. दृश् conj. 1. videre, quae inclinando mutatur in पश्य्. फलं *fructum*, c. 2. s. n. subst. a r. फल् conj. 1. fructus producere, prosperari, succedere etc. जीवितधारणे *in vita conservanda*, c. 7. s. n. subst. compos. ex particip. praet. जीवित a r. जीव् conj. 1. vivere, et धारणा conservatio a r. धृ tenere (cf. p. 62.) in forma caussae धार्, cui अन् subjectum, q. v. p. 23.

I. e.: Ita quum evenerit (quum quae eventura sint, cognoverim), vitam sine mora relinquere desidero. Nam ne exiguum quidem fructum video in vita conservanda.

LITERAE DAEVANĀGARICAE.

Vocales

simplices				*diphthongae*	
breves		*longae*			
ab initio dictionis	*in medio et fine*	*ab initio*	*in medio et fine*	*ab initio*	*in medio et fine*
अ a		आ ā	ा ā	ए ae	े ae
इ i	ि i	ई ī	ी ī	ऐ ai	ै ai
उ u	ु u	ऊ ū	ू ū	ओ o	ो o
ऋ ṛi	ृ ṛi	ॠ ṛī	ॄ ṛī	औ au	ौ au
ऌ ḷri	ॢ ḷri	ॡ ḷrī	ॣ ḷrī		
अं aṇ		अः aḥ			

Consonantes

क	ka	ख	kha	ग	ga	घ	gha	ङ	ṅa
च	tsha	छ	tshha	ज	dsha	झ	dshha	ञ	ña
ट	ta	ठ	ṫha	ड	ḋa	ढ	ḋha	ण	ṅa
त	ta	थ	tha	द	da	ध	dha	न	na
प	pa	फ	pha	ब	ba	भ	bha	म	ma
य	ja	र	ra	ल	la	व	va		
श	ṡa	ष	ṡha	स	sa	ह	ha	क्ष	ksha

MAHĀBHĀRATI

EXORDIUM

cum

versione.

MAHĀBHĀRATI

EXORDIUM.

Oṇ nārājaṅam namas kṛitja naram tshaiva narottamam daevīm sarasvatīm tshaiva tato dshajam udīrajaet oṇ namo bhagavatae vāsudaevāja oṇ namah- pitāmahāja oṇ namah- pradshāpatibhjah- oṇ namah- kṛishṅadvaipājanāja oṇ namas sarvavighnavināja kaebhjah- **

1. Lomaharshaṅaputra ugraśravāh- sautih- paurāṅikoh- ṅaimishāraṅjae * śaunakasja kulapatair dvāḍaśa- vārshikae satrae **

2. Sukhāsīnān abhjagatshhad brahmarshīn saṇśitabratān * vinajāvanatoh- bhūtvā kadātshit sūtanandanah- **

3. Tam āśramam anuprāptaṇ naimishāraṅjavāsinān * tshitrāh- śrotuṇ kathās tatra parjjabruvan tapasvinah- **

4. Abhivādja munīns tāns tu sarvān aeva kṛitāndshalīh- * apritshhat sa tapovriddhim sadbhis taiś tsha abhinaṇditah- **

5. Atha taeshu pavishṭaeshu sarvaeshv aeva tapasvishu * nirdishṭamāsanam bhaedshae vinajāl laumaharshaṅih- **

6. Sukhasīnaṇ tatas taṇ tu viśrāntam upalakshja tsha * atha apṛitshhad ṛishis tatra kaśtshit prastāvajan kathāh- **

7. Kuta āgamja tae sautae kva tsha ajam vihṛitas tvajā * kālahkamalapatrāksha śaṇsa aetat pṛitshhato mama **

Versio.

Om! Reverentia (praestita) *Nārājaṅae* (qui humanitate manifestatur) ac una homini, qui hominum optimus; *Sarasvati* etiam deae, ut victoriam proferat! *Om*! reverentia *Vāsudaevae* felici, item patri magno ac progenitoribus et *Kṛishṅae Dvaipājanae* iisque, qui omnia impedimenta amovent.

1. *Sautis, Lomaharshaṅae* filius, aures teretes habens, *pauraṅika*, (fuit) in *Naimishae* solitudine, ubi *Śaunaka* cum nobilibus duodecim annorum sacrificium fecit.

2. Ibidem aliquando hic *Sūtae* filius, humilitatis inclinationem faciens, ad Brahmarishes accessit, perfectos meritis, felicitate fruentes.

3. Quum hunc ordinem eorum, qui in *Naimishae* sylva habitant, consequutus esset, ipsi, studii fervore ardentes, enarrarunt historias auditu mirabiles.

4. Salutatis autem sapientibus omnibus, ipse manus componens etiam rogavit studii ardentis progressum; iisdemque justis hilariter acceptus est.

5. Tum inter hos universos, qui purificati studio ardebant, sedem adsignatam, humilitate occupavit *Laumaharshaṅes*.

6. Deinde vero, quum et ipsum felicitate fruentem, requietum observassent, ibidem aliquis Rishis historias celebrans, ita quaesivit:

7. Unde venisti? *Sautis!* et quo a te hoc tempus acceptum? Tu, qui oculos nymphaeae foliis similes habes, responde hoc quaerenti mihi.

8. Aevam prishṭo' bravīt samjag jathāval laumaharshaṅih- * vākjam vatshanasampannas taeshāṅ tsha tshāritāśrajam **

9. Tasmin sadasi vistīrṅae munīnāṇ bhāvitātmanāṇ * sautir uvātsha * dshanamaedshaja(sja)rādsharshaeh- sarpasatrae mahātmanah- **

10. Samīpae pārthivaendrasja samjak pārikshitasja tsha * krishṅadvaipājanaproktāh- supuṅjā vividhāh- kathāh- **

11. Kathitās tsha api vidhivad jā vaiśampājanaena vai * śrutvā ahaṇ tā vitshitrārthā mahābhāratasaṇśritāh- **

12. Bahūni samparikramja tīrthāṅj ājatāni tsha * samantapaṅtshakan nāma puṅjam dvidshanishaevitam. **

13. Gatavān asmi taṇ daesam juddham jatra abhavat purā * kurūnām pāṅdavānāṅ tsha sarvaeshāṅ tsha mahīkshitāṇ **

14. Didṛikshur āgatas tasmāt samīpam bhavatām iha * ājushmantah- sarva aeva brahmabhutā hi mae matāh- **

15. Asmin jadshṅae mahābhāgāh- sūrjapāvakavartshasah- * kritābhishaekāh- śutshajāh- kṛitadshapjā hutāgnajah- * bhavanta āsanae svasthā bravīmi kim ahaṇ dvidshāh- **

16. Purāṅasaṇhitāh- puṅjāh- kathāh- dharmārthasaṇśritāh- * iti vrittaṇ naraendrāṅām ṛishīṅaṇ tsha mahātmanāṃ **

Ṛishaja ūtshuh- *

17. Dvaipājanaena jat proktam purāṅam paramarshiṅā * surair brahmarshibhiś tshaiva śrutvā jad abhipūdshitam **

18. Tasja ākhjānavarishṭhasja vitshitrapadaparvaṅah- * sūkshmārthanjājajuktasja vaedārthair bhūshitasja tha **

19. Bhāratasja itihāsasja puṅjāṅ granthārthasaṇjutām * sanskāropagatām brāhmīṇ nānāśāstropabṛiṇhitām **

8. Itaque interrogatus *Laumaharshaṅes* eloquens sermonem dicit omnino verum, quoque universum refugium eorum adtractum est.

9, In hoc magno (secretoque) coetu sapientum, quibus spiritu vita perfecta fuit, *Sautis* ita loquutus est: In *Dshanamaedshajae*, rādsharishis magnanimi sacrificio ad serpeutes destruendos instituto,

